

3132

NOTITIA  
VETERIS, ET NOVI



CAPITVLI ECCLESIAE ALBENSIS

TRANSILVANIAE,

EX

ANTIQVIS, AC RECENTIORIBVS

LITERARVM MONVMENTIS

ERVTA.

PER

ANTONIVM SZEREDAI

DE SZENT - HÁROMSÁG,

CAPITVLI ECCLESIAE

CATHEDRALIS ALBENSIS TRANSILVANIAE

PRAEPOSITVM MAIOREM

INFVLATVM. &c.



ALBAE CAROLINAE.

TYPIS EPISCOPALIBVS. MDCCXCI.

2818

564.346

~~129178~~

## P R A E L O C U T I O .


Quin Capitulum istud Ecclesiae Albensis Transylvaniae, una cum Episcopatu primitus S. Stephanus Apostolicus Rex Hungariae, post domitum Gyulam Ducem Avunculum suum, pia sua munificentia statuerit, nemo eruditus, et aequanimis rerum Hungaricarum, et Transilvanicarum scriptor, quod sciam, in dubium vocat. Quemadmodum tamen clarum istud semperque creditum est, ita certum et illud, quod vano, irritoque labore se attereret omnis ille, qui exactam seriem Dignitatum, et Canonorum veteris aevi, qui in illo Deo, Regibus, Principibus, Patriae, Proximis gnawiter, fideliterque famulati fuerit, attexere vellet. Ut nibilominus eorum saltem nomina, qui in Literarum, paucis visarum tenebris latent, in lucem, publicamque notitiam prodeant, animum adjeci, ad bujus Notitiae elucidationem. Subsidio mihi in hoc opere fuit quam maxime Cista nostra Capitularis, quae in autographis exemplis continet cuncta illa documenta, quae in cursu operis adducentur. Verum equidem est, quod non singula contineant individuum sui temporis Canonorum nomina, loquuntur tamen nomen ipsius Capituli, quod utique nullo anno sine aliquibus saltem Dignitatibus, et Canonis esse potuit. Recenseo.

A 2,

seo.

R  
1977

seo porro plurima eorum, quae nimium longa non sunt, plene, ac integre, ut campum aperiam doctissimis aliis Scriptoribus, de diversis rebus Patriis hoc erudito aevo studiose lucubrantibus, decerpenti ex illis, si quid in rem suam existimaverint profuturum; quae vero longiora sunt, contracte refero, ita tamen, ut nihil eorum ex illis emanet, quae ad rei contentae plenitudinem, hauriendamque inde utilem, aut necessariam notitiam servire possint. Ea tamen brevitatis gratia, per Fasciculos ac numeros dictae Cistae, ejus et Capituli nominibus praetermissis, recensebo. Utere igitur, si libet, hac mea opella Lector erudite, et si in publicum bonum laborantes nec honeste collaudare, nec digne praemiare aut soles, aut voles, saltem taediosa crisi perstringere desine.



Anno



Anno 1203.




OC Anno editum Instrumentum Concordiae inter Capitulum et Plebanos Decanatus de Sebus Capituli memoriam continens est in dicta Cista nostra Capitulari Fasc. 3. n. 34. sequentis tenoris:

„ Nos P. ( Petrus ) miseratione Divina Episcopus Transilvaniensis praesentium tenore significamus quibus expedit universis, quod cum iniquo homine superseminante Zizanniam, inter Plebanos de Decanatu de Sebus ( Sabesienfi ) ab una parte, et Fratres nostros de Capitulo ex altera, super multitudine Dicatorum census dicatione exactione, materia quaestionis fuisset suscitata, tandem iidem Fratres nostri ad instantiam, et petitionem nostram, ac aliorum proborum Virorum, in talem pacis unionem, et concordiam cum ipsis Plebanis devenerunt: quod de caetero unus de Fratribus nostris de Capitulo, cum Decano ipsorum, aut uno Socio, quem communiter ordinaverint iidem Plebani, sibi adjuncto, ad dicandum exigendum censum, et recipiendum ire tenebitur, et ille, qui de Fratribus nostris missus fuerit, septem tandem equitaturas secum adducere, praestito prius ab ipso Fratre Nostro Decano, vel Socio, quem eidem duxerint associandum, Sacramento, quod in dicando exigendo, et in argento recipiendo nullam injuriam facient, vel committent, praefati autem Plebani, sexaginta summis praehabita dicatione, solvent unam marcam fini argenti cum pondere nostro, scilicet Budensi, campanatore, Pastore, et servitore

A 3

Eccle-



*Ecclesiae non dicatis, et servitoribus Comitum, in domo pro hospitibus parata commorantibus, et quoquis (ideſt Coquis) ſimiliter non dicatis. Et ut praedicta compositio inter partes robur obtineat perpetuae firmitatis, ad instantiam, et petitionem Partium praesentes Literas concessimus sigilli nostri munimine roboratas - - - Datum Albae quarta feria proxima post Festum Epiphaniarum Domini, A. D. MCC tertio.*

Extat autem Instrumentum istud in Transumpto Fratris Stephani Prioris, et Fratris Petri Lectoris Ordinis Fratrum Heremitarum S. Augustini de Conventu Albenſi Transilvaniae dato feria 2a proxima post Dominicam Adventus A. D. 1308. Unde autem habuerit Conventus ille jus publica Instrumenta in Transumptis edendi, non constat.

### I 2 7 I.

Stephanus V. Rex Terram Abruth (hodie Abrud) contulit, ac donavit, attestante Mattheo Vajvoda, Episcopatu, Capitulo, et Ecclesiae B. Mich. Arch. Transil. Fasc. 5. n. 37. hoc tenore:

Nos MATTHEUS Vajvoda Transilvaniae, Comes de Zonuk (seu Szolnok) memoriae commendamus - - - quod Terra Abruth vocata, quae est sita juxta Ompoj fluvium, Capituli Ecclesiae B. Mich. Illustris Stephanus Rex Hungariae Dominus noster naturalis, cum suis utilitatibus, nobis scientibus, et videntibus, collationi Regiae per omnia pertinentem contulit, et dedit, et donavit Episcopatu, et Capitulo, ac Ecclesiae B. Mich. jure perpetuo, et irrevocabiliter possidendam, quam primum ex Donatione Regia, Julia quondam Banus, usque ad mortem suam, et demum Zubuzlaus Siculus (i. e. Székelly) successive possederat pacifice, et quiete, quae Terra coram testimonio Abbatis de Kerch, et Andrea Comite de Gyógy homine Domini

ni.



ni Regis convocatis omnibus commetaneis, et vicinis, et specialiter coram nobis extitit reambulata, nullo contradictore penitus existente, et eosdem in pacifica possessione dictae Terrae permanere, et super his omnibus Literas nostras praesentes, et Testimoniales duximus eidem conferendas, sigilli nostri munimine roboratas. Datum Albae, A. D. 1271.

### I 2 7 4.

Bartholomaeus Archidiaconus de Thorda, Decanus Ecclesiae Albenſis, in sequenti Instrumento, in quo Petrus Magnus (ideſt Nagy) Senior de Miriszló, terram suam Miriszló confert Capitulo Albenſi Fasc. 4. n. 35. in verbis:

Nos Magister Matthaeus Vajvoda Transilvanus Comes de Szonuk (modo Szólnok) memoriae commendamus - - - quod cum Dna. Relicta Urbani, et Michaël filius ejusdem, per Paulum Comitem de Gyógy, Fratrem Comitis Andreae, Procuratorem eorundem, Petrum filium Petri Magni (Hungarice Nagy; usque nempe erat illis temporibus Cognomina hungarica latinis efferre vocabulis) de Miriszló, super interfectione Urbani mentionati, ad nostram praesentiam in Jus evocasset, et ratione Litis dictus Procurator ipsum Petrum interfectorem Urbani saepe dicti nominasset, Bartholomaeus Archidiaconus de Thorda, Decanus tunc ipsius Ecclesiae Albenſis, vice, et nomine Capituli respondit ex adverso - - ab impetitione, et infestatione interfectionis Urbani, secundum formam Literarum Venerabilis Patris P. (i. e. Petri) Dei Gratia Episcopi Transil. expedire Capitulum per omnia tenetur, et quod ipse idem - - paratus esse eundem Petrum expedire (i. e. protegere, seu defendere) pro eo videlicet, quod Petrus Magnus, Pater ipsius Petri, et in lecto jacentis aegritudinis, sanae tamen adhuc

men-

mentis, ex consensu Filii sui, et omnium . . . . Terram suam Miriszló vocatam, in qua terra (seu villa) B. Petri in honorem Ecclesia extitit de lapidibus fabricata, sub testimonio Episcopi suprafati, et Fratris Frustrani Ecclesiae de Torda (fuerit Regularis, seu Religiosus quidam) et aliorum plurimorum . . . . perpetualiter legasset, seu donasset ipsi Capitulo Albeni possidendam, petens, et rogans insuper ipsum Capitulum, ut Filium suum Petrum ab interfectione Urbani propter misericordiam B. Michaëlis . . . . expediret, et licet hic inter Partes diutius fuisset altercatum, tandem mediantibus discretis Viris, et Nobilibus, ex nostra permissione, et potius voluntate, propter bonum pacis talis compositio extitit ordinata, quod Relictae viduae Urbani, et M. (idest Michaëli) Filio ejusdem pro interfectione ejusdem Urbani Capitulum memoratum quadraginta marcas o lapid terrestri (incertum, quid haec significant) solvat pr . . . . praelibato ita, ut deinceps nec ipsa Relicta Urbani, aut filius ejus, nec aliqui ex cognatione, seu generatione eorundem ratione praedictae mortis Petrum, vel ejus Successores possint aliquando impedire (fortassis impetere) . . . . cito evocare, omnes autem Literas, tam Nostras, quam aliorum Judicum, quas ipsa Relicta Urbani, aut M. filius ejusdem habent, vel habeant super ipsa morte emanatas, cassas, mortuas duximus sententialiter judicandas, et insuper dictam terram Miriszló, et Terram: super quam ex concessione Petri Magni residabat, similiter sententialiter . . . . ipsi Capitulo Albeni introducendo in possessionem corporalem adjudicavimus, et concessimus possidendas. Et quia Judicem placare debebat Capitulum, ad ordinationem compositorum pacis memoratae, idem Capitulum persolutis viginti quinque marcis nos placavit, et sic omnis rancor, et controversia inter ipsas Partes extitit perpetualiter cassata, et sopita. In cujus rei memoriam etc. Datum in Alba Juliae in crastino (seu Vigilia) Joann. Bapt. A. D. 1274.

1276.

Capitulum Albense cambium celebrat cum suo Episcopo Petro circa Possessiones Crisfö, Pyspüki, et Ochmár Fasc. 5. n. 35. tenore sequenti:

Capitulum Ecclesiae B. Mich. Transil. omnibus Christi Fidelibus . . . . volumus pervenire, quod quandam Terram nostram Crisfö (forte Körösfö) vocatam in Comitatu Bihariensi existentem commetaneam Terris Filiorum Nicula, et Terrae Cynko, sub certis mentis, et antiquis dedimus, et tradidimus (Ven. P. Petro, D. G. Episcopo Transiv. Praelato nostro, ac Episcopatu ipsi in concambium Terrarum Episcopali, unius videlicet in Comitatu de Hunyud Pyspüki vocatae juxta Sztrigy (fluvium) sitae, et alterius in Comitatu Albeni juxta marusium sitae Ocmár (hodie Akmár) nuncupatae, propter vicinitatem aliorum praediorum nostrorum, quiete, et pacifice ipsi Ven. Patri, seu Episcopatu, cum omnibus pertinentiis, suisque utilitatibus perpetualiter possidendam. Adjicimus insuper, quod quicumque Dominum Ven. Patrem ratione dictae Terrae in causam traxerit . . . . suis limitibus perturbaverit (evictionem in se assumit idem Capitulum) . . . . Dat. in die B. Catharinae V. A. D. 1276.

1278.

Ladislaus Rex donat, et confert eidem Capitulo Salis Rodinam Thordensem Fasc. 1. n. 45. hoc tenore:

Ladislaus D. G. Hung. Dalm. Croat. . . . . Serviae Gallic. Lodom. Cuman. Bulgariaeque Rex etc. omnibus . . . . salutem . . . . Ad universorum notitiam . . . . volumus perveni-



re: Quod cum Capitulum Ecclesiae B. Mich. Transilvaniae ordinatum a Sanctis Progenitoribus nostris - - - locatum, ac per furorem, ac rabiem Gentis Saxonicae Partis Transilvaniae, in destructione, et combustione Ecclesiae ejusdem, et exterminatione Canonorum fere omnium, nec non universorum Populorum praedialium, per caedem, et rabiem Saxonum praedictorum extirpatione adeo sit perditum, desolatum, et destructum, imo penitus annullatum, quod nullo modo possit, nisi per auxilium Regium reformari, volentes Regio ex favore ipsi Capitulo taliter praedicto providere, Salis Fodinam in Thorda, quam etiam ante destructionem ipsius Ecclesiae, ob tremendum animae Excellentissimi Principis Nostri Regis Stephani felicitis recordationis concesseramus, et nunc jure perpetuo, ac irrevocabiliter donavimus, dedimus, et contulimus, liberam, et exemptam per omnia ab omnibus officialibus nostris, Vajvodis, pro tempore constitutis, et ab omnibus officialibus eorundem ita, ut tam per aquam, quam per terram sales excisi in eadem fodina tam in hyeme, quam in aestate libere descendere possint, ac incidi tempore quolibet, nullo prohibente. Insuper etiam ad meliorem reformationem, et emendationem ejusdem Capituli, et ut Populi ad terras saepe dicti Capituli etiam clade desolatas, ex novo ad nostram possint protectionem congregari, omnem collectam Regalem, quocumque tempore per Regium edictum ab ipsis Populis Capituli universis exigendam eidem Capitulo jure perpetuo donavimus, et relaxavimus, et irrevocabiliter relaxamus. Ut igitur hujusmodi donationes per Nos factae Capitulo memorato, robur obtineant perpetuae firmitatis, nec per Nos, nec per Nostros successores ullo unquam tempore possint retro trahi, atque revocari, ipsi Capitulo Literas patentes concessimus - - - Datum per manus Ven. Viri Magistri Thomae Albenfis Ecclesiae electi, Aulae nostrae Vice-Cancellarii - - - A. ab Incarnatione D. 1278.

Ex



Extat autem Diploma istud in aliis confirmationalibus Andreae Regis, ubi dicit, Ladislaum Regem Fratrem suum fuisse Patrualem; eadem vero confirmationales cum eodem Diploma extant in Transupti (Conventus B. M. V. de Clus - Monstra expedito ad requisitionem Honorabilis Archidiaconi Andreae de Thylegd Canonici Eccles. Transilv.

1283.

Capitulum Alben. locat in censum certas suas decimas Sedis Medgyes, nonnullis Parochus ejusdem Sedis. Fasc. 1. n. 14. in sequentibus:

Nos Petrus divina miseratione Episcopus Transilvan. memoriae commendamus etc. Quod Fratres Nostri universi de Capitulo ex una parte, et omnes Sacerdotes de Medies ex altera ad nostram accedentes praesentiam, videlicet Valentinus Decanus, de Villa Schellini, Joannes de Bertholin, Henricus de Villa Rehuini, Petrus de Musna, Adam de Villa Medies, Gotrid de monte majore - - - Henric de - - - et Theodorus de Kapus; Idem Capitulum ad magnam instantiam, et petitionem praefatorum Sacerdotum tres partes Decimarum de Medies sibi debitarum, scilicet in frugibus, et in vino, in apibus, et in agnellis, tam ipsorum personis, tam Ecclesiis eorundem locaverunt cuilibet in solidum pro 40. marcis boni argenti Albae, in Vinch (sen Vintz) et in Barasio (forte Várasio, i. e. in Szász - Város) currentis cum - - - in perpetuum, exceptione cujuslibet, et cujuslibet temporis non obstante, in sribus terminis infra scriptis persolvendis, de quibus in Vigilia B. Mich. debent solvere 10. marcas, in quindenis Festi Martini 15. marcas, et in Quindenis Purificationis B. V. residuas 16. marcas; hoc adjecto: ut si aliquem terminorum obmisset in

B 2

solven-

*soluendo, in crastino poena dupli solvere tenebuntur; sicut iidem Sacerdotes, aut Villae eorundem diminuerent, sive augmentarent. In cuius rei testimonium etc. Datum Albae in vigilia Joannis Bapt. A. D. 1283.*

## 1285.

Magister Emericus Villam suam Coppam (hodie Koppand) cum Terra sua Ivánkotelke perpetuo confert Capitulo Albens. Transil. Fasc. 6. n. 15. hunc in modum:

Nos Magister Emericus significamus universis, quibus praesentes ostenduntur, quod villam nostram Coppam vocatam, sitam juxta marusium, una cum loco molendinorum, et piscina, ac aliis pertinentiis, et utilitatibus suis, nec non Terram Ivánkotelke vocatam, jacentem juxta eandem silvam, cum omnibus utilitatibus suis, juxta metas veteres, et antiquas, quibus nos possedimus, easdem pro remedio animae nostrae, et illorum, quorum recepimus pecuniam, quibus satisfacere de ablatione rerum suarum nequivimus, supradictas Possessiones dedimus, locavimus, atque tradidimus Capitulo Albens. Transilv. perpetuo, et irrevocabiliter possidendas; quas Possessiones D. Rex Bela felix recordationis contulit pro nostro fidei famulatu, quae fuerunt hominis sine haerede (hoc est per defectum seminis) ad quarum perpetuationem habemus Privilegium Regis Stephani, et etiam Regis Ladislai, ut haec Donatio robur obtineat perpetuae firmitatis etc. Datum A. D. 1285.

Continetur autem haec Donatio in Transumpto Conventus Eccl. B. M. V. de Clus-monofra, ad requisitionem Honor. Viri Benedicti Siculi (i. e. Székely) Decani et Canonici Eccles. Transilv. nec non Plebani de Enyed majori, in sua, ac Honor. Capitali - - - Eccles. personis propositam ex-

positam expedito feria 6. proxima post festum B. Matthiae Apost. A. D. 1436.

## 1286.

Andreas Rex confirmat Donationem, qua Petrus, et Ladislaus de Csekelaka Terram suam Rad vocatam conferunt Capitulo Albens. Transilv. Fasc. 1. n. 34. in his verbis:

Andreas Dei Gratia, Hung. Dalmaciae Croaciae, Romae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in Domino sempiternam. Ad universorum notitiam volumus pervenire, quod Dominicus Filius Ladislai de Csekelaka ad nostram accedens praesentiam, nomine suo, et nomine Lucas Fratris sui confessus est, quandam Terram Paad vocatam (est in Comitatu Hunyadiensi) quam Progenitores sui, Petrus videlicet, et Ladislaus ex collatione Regis Belae felix recordationis habuerunt, et tenuerunt, prout in Privilegio ipsius Regis Belae vidimus contineri, Capitulo Eccl. B. Mich. Arch. Transilvaniae per praedictos Petrum, et Ladislaum pro remediis animarum suarum fuisse donatam, et idem Dominicus praedictam Donationem Patris sui super eo factam, suo, et memorati Fratris sui nomine, ratam habuit, et acceptam. Nos igitur perspicuae considerationis oculis attendentes, quod ea, quae Dei Ecclesis ex pia devotione Fidelium sunt collata, Regio debent Patrocinio roborari, ac roborata conservari, Donationem eorundem Petri, et Ladislai, ac ab iis descendentium, ipsi Capitulo Albensi iuste, ut praemisimus, et legitime faciam, ad instantiam, et petitionem ejusdem Capituli, auctoritate praesentium, ex certa scientia, duximus confirmandam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes concessimus litteras duplicis, sigilli nostri munimine roboratas. etc. Datum per



manus Ven. Patr. Domini Theodori Dei Gratia Episcopi Jauriensis,  
Aulae nostrae Vice Cancellarii Anno Domini m cc lxxx vj, xiy.  
Kalendas augusti regni autem nri anno sexto.

## I 2 8 9.

Ladislaus Rex confirmat Privilegium, per suum Patrem Stephanum, Capitulo Albenſi Transilv. super exemptione suorum Populorum a iudicio extraneorum Iudicium, et condescensione hospitem concessam Fasc. i. n. i. serie sequenti:

Ladislaus D. G. Hungariae etc. Rex omnibus etc. - -  
volumus pervenire: quod Canonici Ecclesiae B. Michaelis Cathedralis de Alba Transilvaniensis ad nostram accedentes praesentiam, exhibuerunt Nobis patentes Literas Domini Stephani Regis Patris Nostri charissimi felicitis record. petentes easdem confirmare, in quibus ad plenum vidimus contineri, ut iisdem Canonicis hanc Gratiam duxerit specialem faciendam, ut super universos Populos eorundem nullus Vajvoda Transilvan. descensum facere possit, aut Populus ipsorum in qualibet causa, tam per se, quam per suos officiales iudicare, sed omnibus Populis eorum querulantibus Iudex ipsorum, aut ipsi Canonici facere iustitiam teneantur. Nos itaque Literas praedictas ipsius Patris Nostri charissimi ratas habentes, et acceptas, ac Gratiam specialem per eundem ipsis Canonicis facere volentes, immutabiliter observare, eandemque Ecclesiam amplecti specialiore amore, et dilectione, nec non petitionem eorundem admittere - - - cum fa - - concessimus, atque praesentibus irrevocabiliter per quempiam successorum nostrorum observando confirmamus; injungentes firmiter, et districte, quod nullus Vajvoda Transilvaniensis pro tempore constitutus, aut Officiales ejusdem contra formam Gratiae, tam per eundem Patrem nostrum charissimum, quam per Nos factae, Populos dictorum Canonici-



Canonicorum, seu Capituli audeat, vel praesumat iudicare, aggravare, infestare, atque perturbare. In cujus rei memoriam etc. Datum per manus Ven. Patris Georgii D. G. Episcopi Csanadiensis, Aulae nostrae Vice Cancellarii A. D. 1289.

Confirmat autem idem Privilegium Andreas quoque Rex Diplomate, ad preces Capituli ejusdem dato per manus Viri Discreti Magistri Theodori Praepositi Albenſis Aulae Vice Cancellarii A. D. 1291. 8. Calen. Martii, Vener. Patribus Lodomerio D. G. Strigoniensi, Joanne Colocensi Archiepiscopis, Petro Tran. Andrea Agriensi, Gregorio Csanadiensi, Andrea Jaur. Benedicto Váradien. Joanne Zagrab. Benedicto Wesprim. Ladisl. Waradien. Pouka Syrmen. Thoma Buznen. et Pasca Nitren. Episcopis - - - Nicolao Palatino Comite Simegien. Henrico Bano totius Sclavon. Joanne Mag. Tavern. Comite Sopron. Thoma Iudice Curiae Regiae Rolando Vajvoda Transilvanien. Comite de Szonuk, Ladisl. Magistro Dapifer. et aliis - - -

Eodem hoc anno idem Rex Ladislaus confirmat, et innovat Privilegium, quo Andreas Rex duas partes tributi portionis Regalis, provenientis e salibus per marusium in Vintz inferiori, contulit Canonicis Eccl. Albenſ. Transil. Fas. 7. n. i. hunc in modum:

Ladislaus D. G. Hungariae etc. Rex omnibus - - salutem in eo, qui Regibus dat gloriam, et salutem. Ad universorum - - - volumus pervenire: Quod cum nos ad Ecclesiam B. Michaelis Cathedral. de Alba Transilvan. causa devotionis accessissemus, Canonici ejusdem Ecclesiae nobis humiliter supplicarunt, quod super duabus partibus Tributi Portionis Regalis, tertia vero Vajvodae Transilvaniae pro tempore constituto remanente in Vintz inferiori in salibus aquaticis descendantibus per Morisum (Marusium) in  
navi.





navigio, per D. Andream Regem Avum nostrum eidem Ecclesiae col-  
latis, prout nobis patuit per universos Viros Religiosos, Nobiles  
Ungaros, Saxones, et Siculos Partis Transilvan. Privilegium eo-  
rum renovando, ad testificationem Nobilium praedictorum, tanquam  
confirmatorium eisdem dare, et conferre de Benignitate Regia digni-  
remur: Quod quidem eorundem Privilegium a Rege Andrea clarae  
memoriae - - - Nostro datum, et concessum, videlicet de quali-  
bet carina, seu nave magna dimidiam marcam, de mediocri vero vel  
parva unum fertonem tempore - - - Scaniaci, Filii - - -  
B. Michaëlis combustum extitisset. Nos igitur iustis, et legitimis  
petitionibus eorundem Fratrum Canonicorum de pietate Regia favora-  
biliter inclinati, petitionem eorundem admittendam, et factum, seu in-  
stitutum ipsius Avi nostri charissimi auctoritate praesentium confirman-  
dum - - - praecipientes Vajvodis omnibus Transilvanis pro  
tempore constitutis - - - duarum partium dicti Tributi, sub  
ebtestatione Divini Judicii, atque indignatione Dei omnipotentis aude-  
at, seu praesumat ipsos Fratres Canonicos - - - ullo unquam  
tempore perturbare, neque in irritum revocare. Et cum iidem Cano-  
nici ex utraque parte. Morisii (Mariusii) Possessiones habeant, seu  
proventus, im- - - tributum de rebus eorundem, seu illo-  
rum, qui in curiis eorundem Canonicorum resident, dare, et persolve-  
re teneantur. In cujus rei memoriam etc. Datum per manus Ven.  
P. Gregorii D. G. Csanadien. Eccl. - - - A. D. 1289.

### I 29 I.

Idem Capitulum Terram Locustelke remittit Comiti cui-  
dam Nicolao. Fasc. 6. n. 17.

Nos - - - Vices gerens Vice Ladislai Vajvodae, da-  
mus pro memoria per praesentes, quod ea, quae vertebantur inter  
Comi-



Comitem Nicolaum Filium - - - ab una parte, et inter Ca-  
pitulum Ecclesiae B. Mich. Transilvaniae ab altera, super Terra  
Lucustelke vocata, idem Comes Nicolaus in octavis Epiphaniae Do-  
mini in villa Merusló (hodie Miriszlo) in congregatione coram  
Nobis, et coram quattuor Judicibus, super ipsa Terra Locustelke  
vocata exhibuit Privilegium dicti Capituli, quibus visis, et perlectis,  
ipsum Capitulum dictam Terram Lucusteleke vocatam, sub iisdem  
mentis, et signis, sicut in dicto Privilegio continebatur, saepe dicto  
Comiti Nicolao, et suis haeredibus reliquerunt pacifice perpetuo, et  
irrevocabiliiter possidendam. Ut haec ordinatio robur obtineat - -  
firmitatis - - - Datum in Meruslo (Miriszlo) A. D. 1291.

### I 300.

Elizabetha Vidua Comitis Herbordi de Vintz, Possessionem  
suam Várda, Damasa-földe Capitulo Albensi sub conditione in-  
serta legat hoc modo: Fasc. 2. n. 32.

Nos Capitulum Eccl. B. Mich. Arch. Transilvaniae memoriae  
commendamus - - - Quod Dona. Elizabeth Relicta Comitis  
Herbordi, Filii Heningii de Vintz inferiori, volentibus, et consen-  
tientibus Filio, nomine Herbordo, et Filia Elizabeth nuncupata,  
ac Comite Daniel, Filio Chelonis, Frater ejusdem Dominae, nec  
non et Comite Handik de Vintz inferiori (ideft All-Vintz) ac  
Petro Plebano de Sebus (hodie Sebes) Filio Comitis de Rasmo-  
di, adstantibus praesentia personali, coram nobis personaliter consti-  
tuta, Deum habens prae oculis, et cogitans de supernis, de Possessi-  
one Comitis Herbordi quondam Mariti sui praelibati ad eam devolu-  
ta, qui Divino vocante iudicio viam universae carnis est ingressus,  
Várda vocata (hodie Felső, et Alsó Váradgya) simulcum Ter-  
ra Damasa földe nuncupata, ubi Ecclesia lapidea in honorem S.  
C  
Tri-

Trinitatis est constructa, quae de bonis Mariti sui superscripti, et propriis sunt comparata, talem ordinationem fecisse, et ex voto, quod praesentibus confirmat, firmiter observaturam, promississe est confessus, videlicet: Quod si ipsa mortua Filius, et Filia supervixerint, et eos successu temporum absque haeredum solatio decedere contingeret, aut tractu temporis successores, seu haeredes eorundem, Filii videlicet, et Filiae utriusque sexus tam de linea foeminea, quam masculina, ex tunc dicta Possessio Vårda, simul cum Terra Damas-folde supradicta cum omnibus adjacentiis, et utilitatibus, et molendinis - - - ac Portu navium cum Naulo ad ipsam Villam Vårda pertinente - - - ex voto, et ordinatione nunc facta in Jus, et proprietatem nostram devolverentur ipso facto, si autem praedictos, Filium, et Filiam cum tota Posteritate eorundem, adhuc ipsa vivente debita naturae solvere contingeret, et praedicta Domina Elizabeth superviveret, ex tunc praefatas Possessiones - - - pacifice, et quiete absque humano impedimento libere possidebit, relicturam, ac donaturam, quin imo donationem ex nunc factam effectui mancipaturam. Sic autem ipsa Domina Elizabeth instinctu speciali scilicet: dictas Possessiones viva voce, et voluntate resignare voluerit, ac recedere ab iisdem Possessionibus, eo tunc nos quinquaginta marcas fini argenti eidem Dominae plene, et integre dare debemus, et tenemur, pro voluntate sua distribuendas, et ne in hoc casu voto suo ex nunc ordinato, et solemnizato malitia hominum possit aliquatenus obviare, cum casus fortuiti, et inopinabiles nullatenus praevideri possint, si ipsam morte improvisa transire ex hoc Saeculo contingat, dictas Possessiones in Jus, et proprietatem, seu dominium nostrum ex tunc vult transferri, contradictione cujuslibet non obstante. Hoc adjecto: quod nos supradictas 50. marcas fini argenti pro remedio animae Comitis Herbordi, bonae memoriae Mariti sui, et suae, nec non et Filiorum, ac Filiae, seu totius Posteritatis distribuere tenebimur modo infrascripto: Decem videlicet marcas dabi-

mus Fratribus Pradicatoribus de Domo Albeni ad opus Ecclesiae B. V. Decem Fratribus Heremitanis (i. e. Eremitis) S. Augustini de Conventu Albeni ad opus Ecclesiae S. Stephani Protomartyris, quinque marcas Fratribus Praedicatoribus de Cibinio ad opus Ecclesiae S. Crucis, quinque marcas Fratribus Minoribus de eodem ad opus Ecclesiae S. Elizabeth, decem Fratribus in Vincis existentibus, si in Conventum, usque ad completionem conditionum supradictarum fuerit erectus idem Locas; sin autem, quinque marcas Fratribus illic residentibus, et quinque Fratribus de Candela, ac decem Fratribus Praedicatoribus de Segefoar, et sic complebuntur 50. marcae superius nominatae, nec prius adire debemus Possessiones memoratas, nisi prius 50. marcae saepedictae, secundum modum praenotatum, plene, et integre fuerint persolutae caeterum totam ordinationem factam de verbo ad verbum nos, nullo, de nobis contradicente, benevole cum gratiarum actione gratanter duximus acceptandum. In cujus etc. Datum in Festo B. Margaretae V. A. D. 1300.

Extat haec dictae Viduae Fassio etiam in Testimonialibus Petri Episcopi Transilvani, die, et Anno praescriptis, editis, Fasc. 6. n. 27.

Eodem hoc anno Magister Nicolaus Archidiaconus de Zonuk, Canonicus Ecclesiae B. Mich. Arc. Transilv. Notarius D. Episcopi Transilvani, in die Epiphaniarum Domini exhibuit Appellationis Libellum ad Romanam curiam deferentem Fratri Stephano ordinis Fratrum Heremitarum S. Augustini de domo Albeni Transilv. et Fratri Salomoni Lectori, totique Conventui Loci ejusdem contra Andream Episcopum Agriensem, propterea, quod Jus decimale, et Jurisdictionem spiritualement in Máramaros, quod Transilvani Episcopi erat proprium, a Rege sibi dari, et Ecclesiae suae addici postulaverit. Fasc. 7. n. 33.



## I 302.


Comes Bozouk filius Inok Villam suam Bozna, donat. Capitulo Albens. Fasc. 3. n. 40. in verbis:

Capitulum Ecclesiae Váradensis omnibus - - - salutem - -  
 Ut silue foliis (praecedit praelocutio de rebus Literis mandandis) Proinde - - - ad futurae Posteritatis notitiam - -  
 volumus pervenire, Quod Comes Bozouk, Filius Inok Nobilis coram Nobis - - - prospectum habens - - - Creatoris sui reminiscens, denique visitationis extremae, misericordiae operibus cupiens praevenire, votum suum, dudum emissum exolvens, cum jam in diebus suis processisset, et haeredum careret solatio, Ecclesiam B. Mich. Arch. de Alba Transilvana sibi in haereditatem adoptavit, Villam suam Bozna (forte Bonyha) vocatam in Comitatu de Küküllö, inter fluvios Küküllö existentem, quam ex collatione Domini Stephani Regis Hungariae - - - mediante Privilegio ejusdem, confirmato etiam Privilegio D. Ladislai Regis - - - et aliis instrumentis, quibus mediantibus dixit se possidere, pro remedio animae suae, et suorum, Capitulo praedictae Ecclesiae confessus est se dedisse donasse, reliquisse perpetuo - - - et ipsa Privilegia, ac Instrumenta, quibus mediantibus possedit, simul cum ipsa Villa jam, a quarto anno statuisse ad manus Capituli praedicti - - - Donatio, et collatio tam salubris perpetuo perseveret, praesentes - - - concessimus Literas - - - Datum in Dominica Circumdederunt. A. D. 1302.

Eodem Anno Petrus Episcopus Transilvanus hanc Capitulo tribuit facultatem, quae sequitur. Fasc. 7. n. 16.

Petrus D. G. Episcopus Transilvanus - - - significamus - - - universis: Quod cum Fratres nostri de Capitulo De-

cimas



cimas de Villis eorundem, videlicet Kerchnuk, et de Csergeud integre percipere permittendum Nos petivissent, eodem modo, sicut in Enyedino, et in Vajasd, nec non in Borbantina Villa (hodie Borbánd) ac aliis Villis eorundem percipiunt, et perceperunt ab antiquo, Nos volentes conscientiam nostram purgare in hac parte Juramento ipsorum commissimus, ut si ipsi dictas Decimas habere deberent, et percipere modo supradicto ex tunc easdem Decimas super Juramento eorum pacifice, et quiete eisdem relinqueremus percipiendas, et habendas, super hoc termino, et die certo assignato, quo quidem termino D. Joannes dictus Siculus (i. e. hungarice Székely) tunc Decanus eorundem, in animas omnium in stallo suo, sicut est moris, tactis Sacrosanctis Evangeliiis, coram Capellano nostro Thoma Sacerdote, per nos ad hoc specialiter deputato praestitit Sacramentum. Unde saepe dictas Decimas de Villis Kerchnuk, et Chergeud praelibatis eisdem Fratribus nostris pacifice, et quiete duximus relinquendas ad percipiendum, et habendum pleno Jure modo saepedicto. In cuius ect. Datum Albae feria 3. prox. ante Fest. Nativ. B. M. V. A. D. 1302.

## I 307.

Jeclinus, Filius Valterii Jobbagonis Capitularis de Vajasd, certam suam partem de molendino super fossato fluvii Gáld. vendit Magistro Ecclesiae Archidiacono de Hunyad in sequentibus Fasc. 3. n. 48.

Capitulum Albensis Ecclesiae B. Mich. Arch. Transilvaniensis omnibus etc. Salutem - - - Noverint universi - - - quod Jeclinius Filius Valterii, quondam Jobbagonis nostri de Vajasd, cum Bertholpho, et Marsilio Fratribus suis, pro se, et pro Henrico Fratre ipsorum comparentibus ab una parte, et Magistro Elia Archidiacono de Hunyad Concanonico nostro ex altera, coram

C 3

nobis



nobis personaliter constitutis, idem Jeclinus portionem suam de molendino dicti Magistri Eliae, quod habet super fossatum fluvii Gáld, super pontem lapideum Vajasd, quam in eodem molendino se contingenter esse dicebat in tertia parte ejusdem molendini, quam tertiam partem dicti molendini praenotatus Bertalpus, Marsilius, et Herricus Patres sui praelibati, in absentia sua, sicut dixit, eidem Magistro Eliae pro novem marcis fini argenti vendiderunt, dicto Bertholpho, et Marsilio Fratribus suis personaliter coram nobis adstantibus, etc. consentientibus, vendidit, et locavit ipsi Magistro Eliae pro duabus marcis, plene habitis, sicut dixit, et perceptis, per eundem jure perpetuo, et irrevocabiliiter possidendam - - - et insuper idem Jeclinus confessus est, per dictum Magistrum Eliam in omnibus sibi esse satisfactum de molendino memorato. In cujus rei etc. Datum in die omnium Sanctorum. A. D. 1307. Gregorio Praeposito - - Thoma Cantore, Vintzentio Custode, Gregorio Decano existentibus.

### I 3 I 3.

In Confirmationibus Caroli I. Regis Hungariae de anno 1313. reperitur Praepositus Albenfis Joannes, in verbis: Datum per manus discreti Viri Magistri Joannis Albenfis Ecclesiae Praepositi Aulae nostrae Vice Cancellarii et Archidiaconi de Kukulovv, seu Küküllö: nec intelligi per hunc posse videtur Praepositus, Alba-Regalensis qui enim is fieri simul potuisset Archidiaconus de Küküllö, qui Comitatus in Transilvania semper fuit, et est, vix intelligi potest.

Confirmat autem idem Rex in illis Donationales Litteras Ladislai Regis IVri Hungariae, in quibus iidem, consideratis (uti loquitur) fidelitatibus, et meritoriis servitiis Scutorum suorum, super terram Oronos (Arannyas) id est: in Sede Arannyas com-



commorantium, (uberius in iisdem recensitis) in recompensationem fidelium servitiorum ipsorum, et pro octoginta equis, quos in sua necessitate recepit, donavit Terram Castri sui de Torda Oronas (Arannyas) vocatam, juxta fluvios Oronas, et Marus (Maros) existentem Anno Domini 1289no una cum terris pertinentibus ad eandem: Fel-vinch (Fel-vintz) Eürmenus, Hidusteluk, Medijes, Dumburai, Muhach, Kerheth, Bagiun, Kuend, Turdavar, Chegez, Igethri, Pordoy, Kerechygház, Hori, Uyteluk, Palanteluk, Fiuzeg, Bagáth, Lyukiteluk, Zeketeluk, Kukhárd, Feligaz, Feuldvar, Ketokliek, Turochon Castrum scilicet commune cum provincialibus, Csakoteluk, Fartaszag, et Obrethauza cum cunctis suis utilitatibus etc. etc. Elucet ex hoc etiam monumento mira, et curiosa diversitas antiquitus scribendi nomina locorum.

### I 3 I 5.

Comes Renold Villas suas Aknay, Komloul, et Nyulas donat Capitulo Albenfi, his verbis: Fasc. 6. n. 7.

Capitulum Ecclesiae Váradensis - - - ad universoram - - - notitiam volumus pervenire, quod Nobilis Vir Comes Renoldus (Reynoldus) Filius Joannis de genere Kukenefeindl coram Nobis personaliter constitutus, religiose cogitans terrena coelestibus, temporaliaque spiritualibus commutare, volensque Christum sibi constituere Haerodem, quasdam Villas suas in districtu Possessionum suarum, in partibus Transilvanis existentium constitutas, videlicet Aknay, Kumloul (Komlod) et Nulas (seu Nyulas) vocatas cum omnibus utilitatibus - - - suis sub signis, metis, ac distinctionibus cultas, et signatas ab antiquo, donasse, dedisse, reliquisse, ac legasse est confessus, et coram Nobis viva voce, sana mente, spon-

spontaneaue voluntate donavit, reliquit, ac legavit Honorabili Capitulo Ecclesiae Transilvaniae perpetuo iure Donationis possidendas; tali conditione interjecta, ut usque ad vitam ejusdem Comitis Renoldi idem - - - easdem Villas possidebit pleno Jure. Cum autem vocante Domino de hac vita migraverit, Villae praenotatae ad Capitulum praedictae Ecclesiae Transilvaniae, sine difficultate, et contradictione cujuslibet non obstante, devolvantur pleno Jure, et ipsum Capitulum Jure haereditario, tanquam haeres constitutus, in proprietatem, et possessionem introducatur earundem. In cujus rei etc. ad instantiam, et petitionem praedicti Comitis Renoldi, Discretorumque Virorum Magistrorum Joannis Albenfis, et Benedicti, de Ozd Archidiaconorum, Canonicorum, ac Procuratorum ejusdem Ecclesiae praenotatae, ipsam Donationem vice, et nomine ipsius Capituli acceptantium, ac suscipientium, praesentes concessimus Literas - - - 1315.

## 1318.

Carolus Rex Possessionem Zalathna restituit possessioni, ac Juri Capituli Albenfis Transil. hoc tenore: Fesc. 6. n. 50.  
 Carolus D. G. Hungariae, Dalm. Croat. Ramae, Serv. Gallic. Lodom. Cuman. Bulgariaeque Rex etc. Princeps Salernitanus, et Honoris, ac montis S. Angeli Dominus omnibus - - - salutem - - - Regiae Majestatis honor Divinarum rerum exercitio decoratur, ut actionis suae gratitudinis studio illic aciem reprimat, unde se novit manus Celsitudinis recepisse, tantoque in suae dignitatis gloria clarior permanet, quanto in Deitatis cultu sollicitior invenitur. Ea propter ad universorum notitiam - - - volumus pervenire, quod Discreti Viri Magistri Thomas Custos Eccles. B. Mich. Arch. Transilvaniae, et Adrianus Canonicus ejusdem Ecclesiae  
 Archi-

Archidiaconus de Kizdi, ad nostram accedens praesentiam, exhibuit Nobis quoddam Privilegium Nostrum, veteri, et antiquo sigillo nostro consignatum super Possessione Zalathna vocata tenoris infra scripti, confectum, et concessum, petens Nos humili precum instantia, ut Privilegium ratum habere, et ad majorem gestae rei certitudinem nostri, et authentici sigilli nostri appositione novo nostro Privilegio dignaremur confirmare, cujus tenor talis est:

Carolus D. G. Hungariae etc. Rex omnibus - - - salutem. Etsi magnae virtutis hoc in Principibus, et laudabile reperitur, ut beneficiorum largitione suos fideles, et devotos prosequantur, tamen non minori virtutum sede residet, ea ad statum pristinum Sanctione pragmatica revocare, quae cognovit in praesudicium aliorum per abusum potestatis, indebite fuisse subrogata. Proinde ad universorum notitiam - - - volumus pervenire, quod Viri Discreti, Magister videlicet Joannes Archidiaconus Albenfis et Magister Petrus Archidiaconus de Zonuk - - - vice, et nomine Capituli Ecclesiae B. Mich. Transilv. ad Nostrae Majestatis praesentiam accedentes, exhibuerunt Nobis literas nostras patentes super resignatione cujusdam Possessionis Zalathna vocatae, per Comitem Nicolaum, filium Corardi de Tholmats facta confectas, petentes - - - ut ad majorem Juris ipsorum conservationem, dictas Litteras approbare, et nostro dignaremur Privilegio confirmare. Quarum - - - tenor talis est:

Nos Carolus D. G. Rex Hungariae etc. significamus - - - Quod cum Viri Discreti Magister Joannes Nobilis (hungarice Nemes) dictus Archidiaconus Albenfis, et Magister Petrus Archidiaconus de Zonuk - - - vice, et nomine Capituli Ecclesiae B. Mich. Arch. Transilvaniae contra Comitem Nicolaum filium Corardi, in nostri praesentia personaliter inventum, super facto Possessionis Zalathna vocatae, ordine judiciario procedere, et Instrumenta,  
 D seu.



seu Privilegia sua, super eadem Possessione Zalathna obtenta exhibere voluissent, dictus Comes Nicolaus Actionem, seu propositionem praefatorum Joannis, et Petri Archidiaconorum non expectans, praedictam Possessionem Zalathna vocatam, quam ipse, et Stephanus de Olchina (hodie Oltzina, hungarice Oltzsem) aliquamdiu occupatam detinuerat, cognoscens eam Juri Ecclesiae B. Mich. Arch. Transil. pertinuisse ab antiquo, pure, et simpliciter in Nostri praesentia, confidentibusque Nobis cum quam plurimis Regni Nostri Baronibus, et Proceribus, cum omnibus suis utilitatibus - - - pro parte sua videlicet medietatem Possessionis Zalathna vocatae, Capitulo dictae Ecclesiae B. Mich. Arch. restituit, reddidit, et resignavit, nullum sibi, et suis haeredibus - - - dominium reservando, et quia testimonium proprii oris confessione prolatum plus vigoris, et fulcimenti habere dignoscitur, Nos auctoritate Regia dictam Possessionem Zalathna - - - dicto Capitulo - - - cum omnibus suis utilitatibus - - - reddimus, et restituimus pleno jure - - - possidendam - - - promittentes eidem, ut cum praesentes Nobis reportatae fuerint, super hujusmodi restitutione nostrum Privilegium concedemus. Datum in Temesvár tertio die Festivitatis Epiphaniarum Domini, A. ejusdem 1318. Nos igitur, qui ex officio suscepti Regiminis unumquemque in suo Jure conservare, et unicuique Jus suum, quo quis indigae privatus extitit, reddere, et nova introductione ad statum pristinum revocare - - - debemus, praedictorum Magistrorum Joannis, et Petri Archidiaconorum inclinati (supple. precibus) easdem Literas suas Transumpto suo insertas ratificat, approbat, et confirmat. Datum per manus Discreti Viri Magistri Joannis Praepositi Eccl. Albens. Aulae nostrae Vice Cancellarii, et Archidiaconi de Küküllő) fuit procul dubio Praepositus Albens. Transil. cum una etiam Archidiaconatum de Küküllő gesserit. A. D. 1318. 14. Calend. Martii.

Qui



Qui quidem Rex idem Instrumentum denuo ratificat, et confirmat alio suo Diplomate, dato per manus Discreti Viri Magistri Andreae Praepositi Ecclesiae Albensis, et Aulae suae Vice Cancellarii A. D. 1326. 4. Idus Martii. Ven. in C. PP. DD. Boleslao Strigoniensis. - - - Fratre Ladislao Colocensi Aulae suae Cancellario Archiepiscopis, Joanne Nitriens. Benedicto Csanadien. Nicolao Jaurinens. Georgio Sirmien. Ladislao Quinque Eccles. Fratre Petro Boznen. Ivanka Váradien. Andrea Eccl. Transil. Henrico Vesprimiens. et Csan. - - - Ecclesias Dei - - - Magnif. Viris Philippo Palatino Comite Scepusiensi, et de Ujvár. Demetrio Magistro Tavernicorum, Comite Bacsien. et Trintsin. Comite Alexio Judice Curiae - - - Bano totius Sclavoniae Comite Soproniensi, et Simegien. Paulo Bano de Macho. Comite Sirmien. et de Volko, Blasio Magistro Agazonum, Dionysio Magistro. - - - Nicolao Comite Pofoniensi, et aliis etc.

1320.

Magister Tavernicorum Regis, Juris proprietatem in Possessiones Ompoitza, et Obrudbánya Capitulo Eccl. Alb. Transilv. adjudicat in sequentibus. Fasc. 7. n. 13.


Demetrius Magister Tavernicorum Domini Regis, inter Discretos Viros Capitulum Eccl. B. Mich. Arch. Transilv. ab una parte, et inter Hospites de Craco (non igitur, ut quidam volunt, Karko) et Igen, ex altera in factum Possessionum Ompoitza, et Obrudbánya (hodie Abrudbánya) vocatarum per Dominum nostrum Regem pro Judice deputatus, damus pro memoria, quod cum ad mandatum - - - Domini Regis - - - dictum Capitulum contra praefatos Hospites in octavis Pentecostes coram ipso Domino Rege comparere, et utraeque Partes sua Instrumenta super fato dictarum Posses-

D. 2.

Posses-



Possessionum Ompoitza, et Obrulbánya exhibere debuissent, aduenientibus ipsis octavo Magister Petrus Archidiaconus de Szonuk, et Decanus praedicti Capituli, et Magister Joannes Archidiaconus de Ozd, cum Procuratoriis Litteris ipsius Capituli ab una parte, ab altera vero Georgius Longus (Huszszú hungarice) et Nicolaus Filius Jacobi Hospites de Craco, ac Halmannus Albus (hungarice Fejér) de Igen, pro se, et pro omnibus Hospitibus de eisdem Consociis suis, una cum Beke Filio Stephani de Denge'egh, homine Magnifici Viri Deseu Vajvodae Transilvani, et Comitiss de Szólnuk, comparuerunt in figura Iudicii coram nobis, et cum Instrumenta ab eisdem Hospitibus, super facto dictarum Possessionum, ut Juris Ordo exposulat, exhiberi petissemus, nulla penitus potuerunt - - - exhibere, nisi Privilegia priorum Regum Belae, et Stephani, seriem libertatum suarum, et collationem aliarum quarundam Possessionum continentia, et cum adhuc semel, secundo, et tertio Instrumenta super facto dictarum Possessionum ab ipsis Hospitibus petissemus, responderunt, quod dictae Possessiones in nullo ad ipsos pertinerent, nec aliqua super facto earundem haberent instrumenta, nec quicquam materiarum super ipsis Possessionibus contra praedictum Capitulum suscitandi haberent quaestionis; dicti vero Procuratores Capituli - - - exhibuerunt in instanti patentes Literas Domini nostri Regis, quibus mediantibus idem D. Rex per specialem hominem suum praefatas Possessiones ante dicto Capitulo fecerat assignari, et statui legitime, nullo contradictore existente. Alia etiam evidentia Instrumenta - - - dixerunt se habere. Nos igitur una cum Regni Baronibus, et Nobilibus nobiscum in Iudicio confidentibus, auditis dictorum Hospitum propositionibus, et tenore Litterarum ejusdem D. Regis plene intellecto, easdem Possessiones in jus, et proprietatem dicti Capituli devolvendam decrevimus, juxta formam Litterarum patentium praedictarum habendas,



das, et tenendas autoritate, vice, et nomine D. N. Regis memorati. Dat. in Temesvár, in crastino quindenarum Pentecostes. A. D. 1320.

### I 3 2 I.

BENEDICTUS Csanádiensis, et Franciscus Varadiensis Episcopi, testimonium perhibent, quod coram ipsis, Nobilis Vir Chelleu Vajvoda, cum reliquis insertis recognoverint, Castrum Zádtkó ad Jura Capituli Alben. Transil. pertinere, ejusque restitutionem eidem promiserint. in verbis: Fasc. 2. n. 4.

Benedictus miserat. Divina Episcopus Csanádiensis, et Ivánka, Dei Gratia Episcopus Waradiensis, universis praesens scriptum inspecturis salutem in omnium Salvatore. Ad Universorum notitiam - - - volumus pervenire: Quod constitutis coram Nobis Nobili Viro Chelleu Vajvoda, Filio Chellei de Trozkou (forte Toroczkó) de genere Akus, pro se, et Stephano, Joanne Akus, Gregorio ab una parte, et Discretis Viris Magistro Nicolao Praeposito Eccl. Alben. Transilvaniae, ac Magistro Adriano Archidiacono de Kézdi, pro Discretis Viris toto Capitulo ejusdem Ecclesiae Transil. ex altera, cum Litteris Procuratoriis praedictorum Filiorum ipsius Chellei Vajvodae, sub sigillo Conventus de Clus-Monostra confectis in haec verba:

Nos Frater Joannes Prior de Clus-Monostra, totusque Conventus Loci ejusdem, tenore praesentium significamus, quibus expedit universis, quod constituti coram nobis Stephanus Joannes Akus, et Gregorius, filii Chellei Vice-Vajvodae, tam pro se, quam pro Fratris ipsorum Michaelis Archidiacono de Clus, cum ipso Chellei Vice Vajvodae proprio eorum confessi sunt oraculo vivaec vocis, ipsum Chelleum Vice Vajvodam propria eorum in causa, quam cum Capitulo Ecclesiae Transilvaniae, super facto Castri ejusdem Capituli haberent,

rent, suum constituisse, et fecisse Procuratorem, et constituerunt coram nobis ita quidem, ut quemcunque idem Chelleus Vice Vajvoda nomine suo, et nomine ipsorum filiorum suorum, super restitutione ipsius Casiri Capituli Zaadkeu vocati, in Capitulo Ecclesiae Váradien. mediantibus Litteris, eorundem, vel alias se obligaverit, ratum haberent, atque firmum, et inviolabiliter, juxta tenorem ipsarum Litterarum obligatoriarum, observarent. Datum . . . A. D. 1321. profertur dicti duo Episcopi:

Idem Chelleus Vajvoda nomine suo, et nomine filiorum suorum praedictorum confessus est oraculo vivae vocis propriae. Castrum Záádkeu vocatum, quod ipse Chelleus Vajvoda, et filii sui praenotati haberent, et retinerent, esset, et fuisset, et nunc esset Castrum, et Possessio ipsius Capituli Eccl. Transilvaniae, et ipsi Capitulo, tanquam proprietatem eorundem usque modo reservassent, et infra duos annos futuros adhuc, ex Commissionem ipsius Capituli, pro eodem Capitulo reservarent, atque retinerent, et elapsis ipsis duobus annis, et completis eidem Capitulo ipsum Castrum Záádkeu, tanquam proprietatem eorundem, et idem Chelleus Vajvoda nomine suo, et nomine filiorum suorum . . . assumpsit coram Nobis restituere, et reddere tenentur, occasione, et conditione qualibet non obstante, tali poena, et obligatione interjecta, quod si ipsis duobus annis elapsis, a dato praesentium, ad petitionem ipsius Capituli . . . saepe fatum Castrum Záádkeu eidem Capitulo reddere, et restituere negligerent, . . . ex tunc sententiam Excommunicationis, quam ex nunc idem Chelleus Vajvoda spontanea voluntate inse, et in Filios suos recepit, et ad hoc se obligavit, incurrerent, et omnes Possessiones suae Ecclesiastico subjacerent interdicto ipso facto, hac Excommunicatione, et ipso Interdicto non absolventur, donec ipsum Castrum ad manus ipsius Capituli Transilvani restituerent possidendum. In cujus rei ect. Datum circa Villam Vajasad, in Partibus Transilvanis . . . A. D. 13 . . .

1325.

1326.

CAROLUS REX, confirmat Andrae Episcopo Transilvano Sales Decimales in Szék Akna, in Clus Akna, in Désakna, et in Thorda eidem, in Thorda vero sola, etiam Capitulo ejus competentes. Fasc. 3. n. 41.

1328.

CAROLUS REX committit Episcopum Transilvanum Andream, et Ecclesiam, Fratresque ejus de Capitulo in antiquis suis Juribus conservari, ac manu teneri. Fasc. 2. n. 45.

Carolus D. G. Rex Hungariae etc. Dilecto sibi, et fideli Thoma Vajvoda Transilvano, et Comiti de Szonuk salutem, et Gratiam Cum Nos R. in C. P. Andream . . . Episcopum Transilvanum . . . ac Ecclesiam B. Mich. Arch. . . suam, et Fratres suos de Capitulo in nostram receperimus protectionem specialem, ac ipsos Regis affectu jam amplecti intendamus, idcirco Vestram fidelitatem diligenter requirimus, et nihilominus Tibi mandamus firmiter Regis in praecipis, quatenus praedictum D. Episcopum, et Fratres suos de Capitulo in eadem sua libertate, qua ab antiquo, in tenendis scilicet suis Possessionibus, et aliis Juribus suis, ac Jurisdictionibus fuisse dinoscitur, illae vice nostra debeatis conservare, ab omnibus adversis eosdem protegendo, Rebelles vero, si qui in solvendis suis Juribus, suarum Decimarum solutionibus faciendis essent, aut sibi rebellare intenderent, quoslibet, scilicet Saxones, Siculos, Hungaros Nobiles, et Ignobiles ad plenam eisdem reddendam iustitiam cogas, et compellas, sales vales vero Decimales, dicti D. Episcopi in Terra Transilvana debentes, et Fratrum suorum de Capitulo, quas praetextu Salis Fodinae ipsorum de Thorda debere nosceretis, sicut Nostro Privilegio mediante, et Regia nostra benignitate eisdem concessimus, quocunque, tam



tam in terris, quam in aquis deferre voluerint, aut fecerint, vel propriis deduxerint in vecturis, ab omni exactione tributi liberos, et exemptos mittatis libere, pertransire. Datum in Visegrád, feria 5. prox. post. Fes. Pentec. A. D. 1328.

Continetur autem haec Regis Commissio, in Transumpto Fratris Matthiae, Ordinis Fratrum Praedicatorum Apostolicae Sedis Nuntii, pro Orthodoxae Fidei, et Romanae Ecclesiae negotiis ad Partes Regni Hungariae destinati, ad Requisitionem Magistri Bulchu, Archidiaconi de Szathmár, vice, et nomine Ven. P. et D. Andrae D. et Ap. Sed. G. Episcopi Transilvani, et Capituli sui factam, edito, ac dato Albae, Dominica prox. ante Octavas Apost. Petri, et Pauli Beatorum. A. D. 1328.

### I 3 2 9.

ANDRÉAS Episcopus Transilvanus, absolvi facit ab Excommunicatione Filios Simonis Bani, quam ob subtractas Capitulo Decimas incurrerunt. Fasc. 4. n. 14.

Nos Andreas D. et A. S. G. Episcopus Transilvanus, significans - - - quod accedentes ad praesentiam Nostram Nobiles Michaël, Thomas, et Nicolaus, Filii Simonis Bani, adstante eis Nicolao Archi-Diacono de Hunyad Canonico ejusdem Ecclesiae nostrae, ex parte Fratrum nostrorum de Capitulo, ad hoc cum ipsis transmissis, proposuerunt - - - et cum instantia supplicarunt, quod cum ipsi ad Cor reversi, et se recognoscentes, cum eisdem Fratribus nostris de Capitulo in gratiam, et reconciliationem convenissent, - - - et pacti cum eisdem fuissent, ac de omnibus Decimis, et debitis ipsorum, quae annis elapsis subtraxerant, et occupaverant, secundum quod cum ipsis convenire potuerunt, prout inferius apparebit, satisfactionem assumpsissent, a nobis cum instantia supplicantes petiverunt, ut ipsos a

Sen-

Sententiis Excommunicationum, quas propterea incurrerant, absolvi facere, et Ecclesiasticis Sacramentis restituere ipsos dignaremur. Nos vero auditis ipsorum supplicationibus, et etiam aulitis confessionibus, et acceptationibus Fratrum Nostrorum de Capitulo, - - - coram Nobis propositis, ipsos Filios Simonis Bani, secundum formam Canonum, recepta ab ipsis plenaria cautione, quod ipsi et de subtractis Decimis et usurpatis, secundum quod convenerunt, eisdem Fratribus Nostris satisfacerent - - - et a modo in futurum iidem - - - de Decimis Fratrum nostrorum, de Possessionibus eorum universis provenientibus nunquam se intromittent - - - et ipsos Filios Simonis Bani ab Excommunicationibus, quibus fuerant propterea innotati, per Honorabilem Virum D. Thomam Custodem, Ecclesiae nostrae, Poenitentiarum nostrum, ad hoc specialiter delegatum absolvi fecimus, et duximus absolvendos, Canonicae obligationis conditione - - - usmodi interjecta, quod si satisfactionem assumptam, videlicet Nicolaus ejus medietatem tredecim marcarum, et Michael medietatem quatuor marcarum fini argenti ponderis Albenfis, in Octavis Assumptionis B. V. proxime ventura, et aliam medietatem in Vigilia B. Mich. Arch. - - - proxime ventura - - - eisdem Fratribus nostris non persolverent, aut in futurum in facto Decimarum se alibinmodo intromiserint, vel usurpaverint, vel aliquid contra ipsos Fratres nostros, contra haec, per se, vel per alios, palam, vel occulte aliquod impedimentum praestiterint, vel aliquam difficultatem exhibuerint, ex tunc ipso facto recidant sententiam excommunicationis in eandem, et etiam reatum perjurii incurrant. Datum Albae Sabbat prox. ante Domin. Jubilate. A. D. 1329.

### I 3 3 0.

Decanatus de Sebus circa certas differentias componit cum Episcopo Andrea, et Capitulo Transil. ferie sequenti: Fasc. 6. n. 28.

E

Nos



Nos Capitulum Ecclesiae Váradensis - - - significamus - - -  
 Universis: Quod accedentibus ad nostram praesentiam Discretis Vi-  
 ris Magistris: Benedictio Archidiacono de Tylezd Canonico nostro,  
 Thoma Praeposito Cibiniensi, Canonicis Ecclesiae Transilvaniae, et  
 Magistro Bulchu Archidiacono de Szathmár cum sufficientibus Procura-  
 toriis ab una parte, et providis, ac honestis Viris Michaële Ple-  
 bano de Keluk (hodie Kelnek) Decano de Sebus (hodie Szász-Sebefs) et  
 Joanne Plebano de Apoldia (hodie Apöld) superiore, Decano ejusdem Di-  
 oecesis Transilvaniae, similiter cum sufficientibus Procuratorii ex al-  
 tera, per ipsos Michaëlem Decanum, et Joannem Plebanum viva vo-  
 ce, ac libera, spontaneaue voluntate - - - solemniter stipulando,  
 propositum extitit, ac relatum, et confessi sunt coram nobis: quod li-  
 cet hoste humani generis antiquo id agente, universi, et singuli Ple-  
 bani de Decanatu de Sebus, videlicet Georgius quondam Plebanus de  
 Vintz inferiori - Petrus de Arkus, Joannes de Kunyirthu, Herbor-  
 dus de Villa Volkáni, Nikolaus de Villa Petri, Nicolaus de Lan-  
 kruk (hodie Lámkerék) quondam Daniel de Sebus, Jacobus de sub-  
 castro, Homileus de malo prandio (forte Fel, vel Al-Kenyér) Ni-  
 colaus de Ricbo (hodie Rihó) Michaël de Kelník (hodie Kelnek)  
 Nicolaus de Reluh, Joannes de Orbo (hodie Szász-Orbó) Joannes  
 de Suburba, Joannes de Apoldia superiore, Nicolaus de Omlás, Jo-  
 annes de Chizele, Arnoldus de Nigra Aqua, Petrus de Chapurka,  
 (forte hodie Toporcsa) Albertus de Olmur (hodie Alamor) Joan-  
 nes de Ludas, Jacobus de Kis-Enyedino, Wernerus de Apoldia in-  
 feriori, Nicolaus de Ruzark (hodie Reizmark, hungarice Szereda-  
 hely) Joannes de Alba Sc. et Henchmanus de Feles contra Ven.  
 R. D. Andream D. et A. S. G. Episcopum Transylvaniae, et Ho-  
 norabile Capitulum ejusdem Ecclesiae - - - insurgentes, indebite  
 Sedem Apostolicam appellassent, et - - - occasione ejusdem Appel-  
 lationis ab obedientia eilem D. Episcopo, tanquam eorum ordinario le-


bita



bita recessissent, et per spatium quatuor annorum elapsorum censum, ab  
 eorum Ecclesiis ipsi Capitulo debitum, et sine contradictione a funda-  
 tione suarum Ecclesiarum persolutum subtraxissent, detinissent; tandem  
 auctore Deo ipsius antiqui hostis semper victore propitiante, supradicti  
 Plebani Superstites, ac ab eo tempore decedentium Successores ad cor  
 reversi, humiliter ac devote gratiam ipsius D. Episcopi requirentes, ac  
 pietate ejusdem eam obtinentes, ad obedientiam debitam reversi essent  
 cum effectu et appellationi eorum - - - et omni liti renuntiasent,  
 - - - et renuntiatione ipsa Sedi Apostolicae, ac eorum Procurato-  
 ribus - - - per proprium Nuntium significare - - - assum-  
 serunt, et Praedicti Michaël Decanus, et Joannes Plebanus, suarum  
 Procuratoriarum virtute - - - subnixi, vice et nomine universitatis  
 Plebanorum Decanatus de Sebus, se ipsos, et Plebanos Praedictos -  
 - - ac gratiam et obedientiam praedicti Episcopi Transyl. tamquam  
 eorum Diaecesano debitam reflexerunt, reddiderunt ac submiserunt, et su-  
 os errores recognoscentes, in pristinae pacis Praesidium - - - ac  
 dilectionem remeantes, censum quoque praedicto Capitulo - - - ab  
 eorum Ecclesiis sine contradictione qualibet dare et persolvere ac assigna-  
 re, prout ab antiquo debebatur, assenserunt, et saepe dictum Capitu-  
 lum - - - in solitam Jus restituerunt, quas recognitiones - -  
 - restitutiones praedicti - - - Benedictus Thomas Praepositus,  
 et Bulchu Archi-Diaconus, - - - a: Vice, ac nomine ipsius D.  
 Episcopi - - - et Capituli - - - coram Nobis benevole ac-  
 ceptarunt, et ipsos Plebanos universos - - - in suum et gratiam  
 Ecclesiae Transylvaniae gratiose assenserunt. Ut autem tam sollemnis  
 stipulatio, assumptio - - - perpetue duraturae permaneant, Partes  
 coram Nobis motos, obligationes, poenas tales assenserunt - - -  
 primum: quia census taliter exigebatur ab eorum Ecclesia, quod Pro-  
 curator - - - Capituli ad Parochias singulorum Plebanorum ac-  
 celeus, per ordinem Villae eunlo, omnes hospites et Incolas per fo-

E 2

cos.



cos dicabat, et a 60 focis dicatis et repertis Plebanus Villae ejusdem unam marcā fini argenti ponderis Ludensis solvebat, et quod, vel quoties 60. foci in Villa reperiebantur, Plebanus seu Rector Ecclesiae ejusdem, tot marcas cum praedicto pondere solvebat, hoc partes taliter . . . coram Nobis mutaverunt, et reformaverunt, quod . . . Procurator . . . Capituli ad dicandum ad eorum Parochias amplius non accedat, sed iidem Plebani de toto Decanatu praedictum censum recolligant, prout eis videbitur expedire, et in summa sub eorum periculo quinquaginta suas marcas fini argenti ponderis Budensis, Albae apud Cameram Capituli, tertio die Festi Sancti Nicolai Confess. singulis annis ipsi Capitulo assignabunt et persolvent semper in statera quatuor marcas elevando; si autem Budense tunc non haberetur, ad quilibet marcā in pondere Transilvano, et specialiter de Sebus addent tres Lotones, quam marcā vel marcas in aequipollentia, additis ipsis tribus Lotonibus, Capitulum pro Bulensi pondere tenebitur accipere ab eisdem ( ad quorum omnium accuratam observantiam, et adimplerionem obligaverunt se praedicti Plebani ita, ut casu in contrario sententiam excommunicationis, et perjurii incurrant, et suis Ecclesiis ipso facto privati existant, et si appellationem renovare attentaverint, ducentas marcas fini argenti ponderis Budensis D. Episcopo, et ejusdem Ecclesiae Capitulo, ante Litis ingressum persolvere teneantur. Datum quarto die Pentecostes . . . A. D. 1330.

## 1336.


CAROLUS REX Hungariae, ad instantiam Andreae Episcopi Transylvani, committit Magnifico Viro Thomae Vajvodae Transilvano, et Comiti de Szolnok, ut Capitulum in Possessione Zalathna, in medio Saxonum Cibiniensium adjacentem, quam



quam quidam Aemuli detinerent occupatam, tanquam ipsius Capituli, virtute Regiorum Privilegiorum propriam pleno Jure restituat. Quod cum Capitulum Varadiense per suum Testimonium, Magistrum Ladislaum Socium, et Canonicum suum, una cum Joanne filio Ugrini de Koppan A. 1336, efficere voluisset, Stephanus filius Stephani de Okna, ( forte Vizakna ) Contradictor existit. Fasc. 7 N. 57.

## 1339.

Ladislaus et caeteri inserti, Possessionem suam Kutysfalva vocatam donant Capitulo Albeni Transylvaniae, in sequentibus Fasc. 1. n. 2. Capitulum Ecclesiae Varadiensis universis . . . salutem . . . Universorum notitiae harum serie declaramus, quod Nobiles Viri Magistri Ladislaus, Filius Dionynisii de genere Herman Comes trium generum Sicularum ( forte potius Saxonum, propter mox memoranda saxonica Loca ) Csanadiensium, Bistriciensium, et de Megyes; nec non Stephanus Magister Agazonum Domini nostri Regis, ac Andreas, Nicolaus, et Paulus, filii ejusdem Magistri Ladislai, pro se personaliter, ac Michaeli alio filio suo, ad nostram accedentes praesentiam, viva voce, sana mente, ultroneaque voluntate unanimiter confessi sunt, et dixerunt, qualiter habentes devotionem ad honorabile Capitulum, Ministras Dei devotos, et condignos Ecclesiae Transylvaniae, pro salute propria, ac animarum Laachb, et Emerici filiorum ipsius Magistri Ladislai, qui jam decessissent, quandam Possessionem eorum Kugfalva. ( hodie Kutysfalva ) vocatam, in Comit. Albeni existentem, quae pro emenda, et homicidio ejusdem Emerici, qui in expeditione Rasciae per ad Magnificum Virum Thomam Vajvodam Transilvanum pertinentes, casu fortuito interemptus existisset tum per collationem Regiam, quam per ordinati-



onem ejusdem Vajvodae ad ipsos devoluta fuisset, et eam usque modo possedissent, praedicto Capitulo Ecclesiae Transylvanae, et eorum Successoribus - - - dedissent, contulissent, et titulo Donationis tradiderunt coram Nobis eo jure, et Dominio, ac iisdem metis - - - quo, et sub quibus tenuissent - - - una cum omnibus fructibus. etc. Datum in octavis Nativitatis Virg. Gloriosae, A. D. 1339.

### I 3 4 1.

Joannes Abbas de Clus-Monostra, et Conventus Loci ejusdem testatur, quod Discretus Magister Adrianus Archi-Diaco-nus de Kézdi, Canonicus et Decanus Ecclesiae Transylvanae, coram ipsis, et nomine Capituli ejusdem Ecclesiae Ladislaus dictus Fodor servientem Magistri Laacz Comititis, et Judicis Sicularum, prohibuit secundum ordinem Justitiae ab occupatione cujusdam Possessionis eorum, Szent Miklós vocatae, et juxta Marusium fluvium sitae, et sic prohibendo eidem Ladislao residentiam, et descensum in ipsa Possessione Szent Miklós vocata, Juris dictamine interdixit. In Clus-Monostra, 4. Feria prox. ante Festum Nativ. B. V. A. D. 1341. Fasc. 7. n. 19.

### I 3 4 2.

Discreti Viri Magistri Salomon de Thorda, Stephanus de Ty-legd, et Bulchu de Zothmár Archi-Diaconi, et Canonici Ecclesiae Transylvanae in Generali Congregatione ad Octavas Festi B. Martini Confess. Thordae celebrata inhibent eundem Ladislaum Fodor a Possessione praedictae Possessionis Sz. Miklos in dicto Comitatu ultra fluvium Marusii prope villam spinarum (Tövös) situatae, judicialiter - tanquam per ipsum celata veritate, et  
sug-



suggesta falsitate, quasi illa sine haerede vacaret, a Carolo Rege obtentae. Dat die, et loco praenot. A. D. 1342. Fasc. 5. numero. 39.

### I 3 4 3.

Nicolaus Vajvoda Transilvanus committit Capitulo Ecclesiae Transilvanae, ut insertum Praepositum Albensem in Dominium Possessionis Bykus faciat introduci. Fasc. 6. n. 20. Honorabilibus, et Discretis Viris Capitulo Ecclesiae Transilvanae, Amicis suis Reverendis, Nicolaus Vajvoda Transilvanus, et Comes de Zonuk, amicitiam cum reverentia debita, et honore. Vestra noverit Amicitia Magnificum Virum Thomam Magistrum Tavernicorum Regalium Comitem de Scepus et Byhar, suis Literis mediantibus, suo modo Nobis scripsisse, ut quandam Possessionem suam, Bykus vocatam (hodie Bükös, juris Comititis, et Baronum Kemény) in Comitatu Alberfi habitam, de voluntate filiorum suorum Honorabili, et Discreto Viro Magistro Thatamerio Alben. Ecclesiae, Aulaeque Regiae Vice Cancellario, Compatri suo, pro suis officiis, et procurationibus sollicitis, nec non Matthiae Nepoti ejusdem, cum omni plenitudine suarum utilitatum etc. possidendam contulisset, petens Nos, ut eandem Possessionem Bykus cum homine nostro praesente hominis Vestri testimonio eidem Magistro Thatamerio, ac Mathiae Nepoti suo - - - statui faceremus. Quapropter Amicitiam Vestram etc. petit scilicet, ut ad eandem statutionem cum Martino Filio Kemén de Thatey, vel Joanne dicto Lopus de Ozdi, aut Luca de eadem peragendam suum mittat hominem testimonio, fide dignum. Datum in Déva. sex. fer. prox. ante Dominicam Invocavit A. D. 1343.

## I 346.

Pag. 112. In Transumpto Capituli Váradiensis. ad Requisitionem Virorum Discretorum Magistrorum *Ladislai, et Vincentii Archidiaconorum et Canonorum Ecclesiae Transilvanoae* in persona Ven. P. et D. Andreae Episcopi Transilvani factam, edito, Nobiles Viri *Joannes Filius Wentzel, Georgius Filius Michaëlis, Stephanus, et Michaël Eilii Nicolai de Gáld,* ob devotionem, quam habent erga Ecclesiam B. Mich. Arch. Transilv. ductique salubri consilio, et volentes negligentis antidoto occurrere salutari, quemdam locum sessionalem in Partibus Transilvanis, in Comitatu Albenfi, juxta quamdam viam publicam *Kövesut* dictam, in vicinitate Villae *Fa-hid,* a parte Villae praedictae *Gáld* adjacentem, ipsosque Jure haereditario successionis - - - concernentem, videlicet totam Portionem ipsorum Possessionariam, in ipso loco sessionali habitam, simul cum quadam particula terrae arabilis ipsorum, triginta jugerum, intra metas dictae Possessionis *Gáld* contentis, jure perennali dant, ac donant, cum obligatione evictionis, ipsi Ecclesiae B. Mich. Arch. Transilvan. atque *Capitulo Transil.* Ipse vero vicissim *Andreas Episcopus* dat, ac donat eisdem viginti marcas argenti Albenfis. Dat. in *Dominica Laetare, A. D. 1346. Fasc. 2. n. 12.*

## I 350.

*Conradus Sacerdos, et Rector Ecclesiae in Villa Nicolai,* contra *Joannem Sacerdotem,* ipsum in suo jure turbantem interposuit Apellationem coram Abbate in *Kercz,* ejusque Conventu, quae in haec verba habet: Fasc. 6. n. 10.


Nos

Nos *Frater Marsilius Abbas in Kertz,* totusque Conventus ordinis ibidem existens, *Strigoniensis Diaecesis.* Notum facimus *Universis - - -* Quod honestus Vir *Dominus Conradus - - -* Rector Ecclesiae in *Villa Nicolai,* ad nostram accedens praesentiam propria in persona quamdam Apellationem in charta scriptam coram Nobis legit in haec verba:

*In nomine Domini amen. Ego Conradus Sacerdos, et Rector Ecclesiae in Villa Nicolai, mea in persona, coram Vobis Religiosis Viris, videlicet D. Marsilio Abbate, et Fratribus de Conventu Claustrum B. Mariae V. in Kertz, dico, et propono: Quod cum ego Ecclesiam, videlicet S. Nicolai in Villa Nicolai jam multis diebus possederim pacifice, et quiete, tanquam non aliunde ascendendo, sed per verum hostium intrando, hoc est auctoritate Dom. Andreae D. et A. S. G. Episcopi Transilvani confirmatus rite, et rationabiliter, vel in sui veri Vicarii, videlicet Magistri Michaëlis Archidiaconi de Doboka, qui quidem Magister Michael non frustratam auctoritatem, mediantibus Litteris ipsius D. Episcopi habebat, sed plenam auctoritatem citandi, interdicendi, excommunicandi, absolvendi, deponendi, instituendi, visitandi, et excessus corrigendi - - -* Nunc vero timeo, ne graviori per *Discretos Viros, videlicet per D. Petrum Plebanum de Apoldia, et Decanum de Kizd, et D. Joannem Plebanum de Dállya majori,* qui quidem Domini conantur quemdam alium Sacerdotem nomine *Joannem* in dictam meam Ecclesiam locare, et me omnino alienare propter quasdam litteras mandati ejusdem *D. Episcopi,* cum tamen idem *Joannes Sacerdos, secundum formam Juris* extitit amotus, et alienatus ab Ecclesia ante dicta. Item dico, et propono: quod idem *D. Joannes Sacerdos, propter suam rebellionem, et contumaciam* extitit citatus, ammonitus, interdictus, et excommunicatus per eundem *Magistrum Michaellem Archidiaconum, auctoritatem ipsius D. Episcopi* habentem, et quod non curabat interdictum, seu

E

excom-



excommunicationem, sed medio tempore celebrabat *Missarum* solemnia et post sententiam illatam, et propter hoc incidit in laqueum irregularitatis. Item dico et propono: quod cum idem *Joannes Sacerdos* residentiam haberet in *Villa Nicolai*, manifeste et publice vinum propinabat, et thalinas exercebat in sacra dote *Ecclesiae* . . . .  
 Item dico et propono, quod ipse anno plus quam praeterito, per totam *Quadragesimam* ab *Ecclesia* illa se absentavit propter suam avaritiam . . . . recipiens confessionem, commissum sibi *Populum* negligendo ita, quod medio tempore tres pueri sine *Sacramento Baptismatis* moriebantur. Item dico, et propono: quod saepe dictus *Joannes* praeter hos notorios propositos, et proponendos, injuste et false extitit confessus *D. Episcopo*, pro ipso juste et debite fuit depositus. et privatus officio praenotato. Unde propter hujusmodi excessus *D. Episcopus* iussit eundem *Joannem Sacerdotem* bina vice carceri mancipari. Idcirco quod me sentio gravari injuste, et indebite contra eundem *D. Petrum Plebanum* de *Apoldia*, et *Decanum* de *Kyzli*, et *D. Joannem* de *Dallya* majori, et contra praedictum *Joannem Sacerdotem* excipio, et appello, et iterum excipio et appello ad faciem, seu sedem *D. Episcopi Andreae Transylvani*, et *Apostolos* peto, et instanter peto, et instantissime peto, et omnia praedicta me comprobaturum, loco et tempore opportuno, absque tamen vitio diminutionis, vel additionis, subjiciens nihilominus me, et omnia bona mea, et *Ecclesiam* meam protectioni *D. mei Episcopi*, et suae *Sedis* praenotate, *Terminum* autem meae exceptionis, seu *Appellationis* praefigo a me deputatum ad sacram *Congregationem synodalem*. Justis igitur postulationibus inclinati, praesentem paginam, ad instantiam saepe dicti *D. Conradi Plebani* in *Villa* praedicta *Nicolai* nostrorum *Sigillorum*, videlicet *Abbatiae*, et *Conventus* antedicti fecimus etc. Datum in *Kercz*, *A. D.* 1350. in die *S. Aegidii Abbatis*, et *Confessoris*.



## 1352.

*Ludovicus Rex* praescribit normam, ac modum *Decimas* *Episcopis*, *Capitulo* et *Eccl.* solvendi, hoc *Decreto*: *F. 7. n. 28.*

*Ludovicus Rex Hungariae* etc. *Fidelibus* suis universis *Nobilibus* et aliis cujusvis *Status* . . . hominibus in *Partibus Transylvanis*, in *Dioecesi Albensis Transylvani Episcopi* constitutis . . . salutem et gratiam. *Licet* pridem in *Congregatione Nostra Budae*, ubi nostra residet *Curia*, celebrata, consuetam solutionem *Decimarum*, ad instantiam *Vestram*, et aliorum *Regnicolarum* nostrorum immutandam, et cum frugibus, seu in specie (i. e. ut vulgo dicimus: in natura) easdem *Vestris Diaecesanis Episcopis* ac *Ecclesiis*, quibus ipsae *Decimae* debebantur, solvi mandaverimus, attamen quia ex hoc tam *Nostrae*, quam etiam *Vestrarum* animarum grave detrimentum, et jacturam cognoverimus imminere, propter quod etiam per *Dominum* supremum *Pontificem* Nobis exstitit imperatum, ideo praedictam dispositionem, et ordinationem in hac parte revocamus, et volumus, ut sicut temporibus *Progenitorum* Nostrorum, et *Nostris* usque modo praedicta solutio *Decimarum* fiebat, vel solita erat fieri in pecunia, sic et hoc anno per *Vos*, et alios *Nostris* *Regnicolas* persolvatur; cum hac tamen moderatione, ut ubi duodecim *Wyen*, vel decem, pro *Capitia* exigebantur, non plures, quam octo, et ubi pauciores vel octo exigebantur et solvebantur, eo modo, prout solitum erat, exigatur et solvatur, dummodo nunquam ipsorum octo *Wyen* nullatenus excedat, aliis autem annis solvantur prout *Decimae*, et exigantur, sicut deliberavimus, ut animae *Vestrae* saluti videatur expediens. *Decimae* vero *Agnorum*, *Haedorum* et *Apum* more solito persolvantur. Quare fidelitati *Vestrae* firmiter praecipiendo mandamus, quatenus *Decimas* ipsas dicto *Vestro Diaecesano Episcopo*, et suo *Capitulo*, vel eorum *Decimatoribus* . . . tempore consueto, secundum moderationem supra dictam,




dictam, absque contradictione aliquali persolvatis, et persolvi faciatis,  
 - Et hoc volumus in Foris et Locis publicis, in dictis Partibus Transilvanis ubique palam facere proclamari. Datum Budae in Vig. B. Matthaei Ap. et Evang. A. D. 1352.

### I 357.

Andreas Vajvoda Transylvanus, et Comes de Szonuk Jobbagiones Capituli prohibet per alios, quam per ipsum Capitulum, Judices judicari, tenore sequenti. Cist. Capital. Fasc. 1. N. 39.

Andreas Vajvoda Transilvanus, et Comes de Szonuk, sincere sibi dilectis Dominico Vice-Vajvoda, Comitibus, Vice-Comitibus dilectionem cum Salute. Dicit Nobis Magister Ladislaus Canonicus Eccl. B. Mich. Arch. Transylvaniae, et Archi-Diaconus de Thylegd, in persona Honorabilis Capituli Ecclesiae praenotatae quod Vos Jobbagiones memorati Capituli contra libertatem dictae Ecclesiae, et per consequens ipsius Capituli privilegiatam judicaretis, Vestro Judicio adstare compellentes, injurias, damna, et perturbationes non modicas eidem inferendo, propter quod factum, ut Possessiones ejusdem Ecclesiae in nimias devenirent desolationes. Quare Vestrae dilectioni firmis damus in praeceptis, quatenus praescriptos Jobbagiones praedicti Capituli judicare, vel vestro adstare iudicio compellere, prout etiam aliis Litteris Nostris mediantibus semel, et pro Vobis directis, dedimus in mandatis, nullo modo audentes, de iniuriis, damnis et perturbationibus, ipsius Capituli, ut dictum, factis, et illatis, eidem omnimodam satisfactionem impendatis, imo eosdem amodo deinceps in ipsorum libertatibus et Juribus consuetis conservetis, aliud - - non facturi. Datum in Vissegrad, in Festo ad Vincula B. Petri A. D. 1357.

Continetur autem haec Commissio in Transumpto Capituli Varadiensis, ad requisitionem Viri discreti Magistri Ladislai, Filii quondam



dam Lorandi Vajvoda, Varadiensis et Transylvaniae Ecclesiarum Canonici et Archi-Diaconi de Tylegd expedito, Anno eodem.

Hoc eodem Anno Ludovicus Rex committit Andreae Vajvoda Transilvano, ut Castrum Szent-Mihály-Köve Capitulo restituat, hoc tenore:

Ludovicus D. G. Rex Hungariae etc. Fideli suo Magnifico Viro Andreae Vajvoda Transilvano, et Comiti de Szonuk salutem, et Gratiam. Cum Nos Castrum Szent-Mihály-Köve vocatum Honorabili Capitulo Eccl. Alben. Transil. quod quidem Castrum, mortuo Domino Andrea Episcopo ejusdem Ecclesiae occupaveras, eidem Capitulo restituerimus, Fidelitati Tuae Regio edicto praecipiendo mandamus, quatenus visis praesentibus, praedictum Castrum cum omnibus ad se pertinentibus, eidem Capitulo restituere, resignare debeas, eo tamen modo: quod idem Episcopus ejusdem Ecclesiae Transylvaniae conservet, Possessiones autem et Villas, ad ipsum pertinentes praesatum Capitulum, cum omnibus Juribus, et pertinentibus possideat, et utatur. Aliud, sicut Nostram offendere Gratiam pertimescis, non facturus. Datum in Vissegrad, Dominico Die, proximo post Fest. B. Jacobi Ap. A. D. 1357.

Eodem Anno idem Rex Fasc. 3. n. 39. committit Capitulo Varadiensi, ut suum exmittat hominem, qui cum Ladislao Filio Blasii, vel Baka, de Mihályháza, aut Lenkus de Hedrusfája (forte Héderfája) inquirat in veritatem expositionis Capituli Alb. Transil. circa Castrum Szent-Mihály-Köve, qui proinde retulere, quod ipsi in Partibus Transilvanis undique procedentes, ab omnibus Nobilibus, Siculis, et Saxonibus, aliisque hominibus in tribus Congregationibus Universitatis Nobilium, Sicularum, et Saxonum, Thoradae, in Udvarhely, et in Cibinio proclamative celebratis, facta diligenti Inquisitione, talem comperissent veritatem: Quod praedictum Castrum Szent-Mihály-Köve vocatum, intra metas Possessionum ejusdem



Capituli Ecclesiae Transilvaniae situm foret, ex eoque semper, et ab antiquo, cujus memoria non extaret, ad Capitulum ejusdem Ecclesiae pertinuisset, et nunc deberet pertinere. Quod quidem Castrum olim D. Andreas Episcopus, ejusdemque Praedecessores indebite occupassent, et detinuissent occupatam; eodemque D. Episcopo, sicut Deo placuit, migrante ab hac vita, D. Andreas Vajvoda Jura impetendi Ecclesiastica, jam dictum Castrum manu occupativa usurpando, oppressa aequitate, se in ipsum Castrum intromittere veritus non fuisset in damnum ipsius Capituli non modicum, et jacturam. Datum feria 3. prox. ante Fest. Nativ. B. Joan. Bap. Anno supradicto.

Eodem pariter Anno Ludovicis idem Rex committit Andreae Vajvodae Transilvano Decimas Locorum inferorum Capitulo Albensi restitui, in hunc modum: Fasc. 7. n. 27.

Ludovicus D. G. Rex Hungariae etc. Fidelibus suis Magnifico Viro Andreae Vajvodae Transilvano, et Comiti de Szonuk, item Castellanis suis de Deva, de Küküllö (de Ujvár,) et de Keuhalm (Köbalm) salutem, et Gratiam. In personis Fidelium Nostrorum Capituli Alb. Transilv. dicitur nobis quaerulose, per vos Decimas, eisdem de Villis, ad dicta Castra nostra, Deva, Küküllö, Ujvár, et Keuhalm vocata pertinentibus, ac de aliis Villis provenire debentes Vos, et Officiales Vestri pro Vobis, et pro se recepissetis, et recepissent; verum cum Decimae Viris Ecclesiasticis debeant provenire, miramur, qua praesumptione temeraria intromissis Vos in factum Decimarum praedictarum, in grande dispendium Vestrae salutis. Quare Fidelitati Vestrae firmo Regio sub Edicto damus in mandatis, quatenus Vos, et manus Vestras, ac officia Vestrorum de Decimis - - - extrahentes, eisdem percipiendas permittatis plene, et integre, ac sine diminutione aliqua, ablata eisdem - - - (supple: restituendo) aliud intuitu Nostrae Gratiae non facturi in praemissis. Datum in Vissegrad, ipso die Festi Conversionis B. Pauli Ap. A. D. 1357.

Eodem




Eodem Anno Fasc. 2. n. 15. Ludovicus Rex idem, committit inquiri circa jus Capituli Albensis in Castrum Szent-Mihály-Köve, hoc tenore:

Ludovicus D. G. Rex Hungariae etc. Fidelibus suis Capitulo Váradensi salutem, et Gratiam. Dicitur Nobis in personis Fidelium nostrorum Capituli Albensis Ecclesiae Transil. quod Castrum Szent-Mihály-Köve vocatum ipsorum esset, et omni temporis tramite ad ipsos pertineret, quod quidem Castrum Dominus Andreas quondam Episcopus ejusdem Ecclesiae - - - pro seipso indebite occupasset, ipsoque decesso, nunc Magnificus Vir Andreas Vajvoda Transilvanus detinet occupatum. Super quo Fidelitati Vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus Vestrum mittatis hominem, quo praesente Ladislaus, filius Blasii, vel Baka de - - - aut Lenkus de Hedruhája (hodie Hederfája) homo noster ab omnibus, quibus decet, et licet, diligenter investigando de praemissis sciat, et inquirat omnimodam veritatem, post haec, prout Vobis veritas constiterit praemissorum, Nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad - - - A. D. 1357.

Refert autem eodem Anno idem Capitulum, quod cum praenominato Lenkus de Hedruhája discretum Virum Magistrum Turul. Presbyterum Rectorem Altaris S. Crucis transmiserit, qui demum ad illos reversi retulerint, quod ipsi in Partibus Transylvanis ubique procedentes, ab omnibus Nobilibus, Siculis et Saxonibus, uti paulo ante, in tribus Congregationibus Universitatis Nobilium etc. eorundem Thordae, in Udvarhely, et in Cibinio celebratis, facta diligenti inquisitione, talem comperissent veritatem, quod dictum Castrum Szent-Mihály-Köve intra metas Possessionum ejusdem Capituli situm foret, ex eoque semper, et ab antiquo ad idem Capitulum pertinuisset, et deberet pertinere. Quod quidem Castrum





frum olim D. Andreas Episcopus, ejusdemque Praedecessores indebite occupassent et detinuissent, manu occupativa usurpando, oppressa veritate.

### I 358.

Fasc. 6. n. 31. Episcopus Transylvanus Dominicus suo, et sui Capituli nomine, circa Decimarum praestationem, transigit et concordat cum Regni Nobilibus, in Generali eorum Congregatione Thordae celebrata, in praesentia Andreae Vajvodae Transylvani eum in modum: Quod cum super decimis, perceptione et Juribus earundem, inter praedictum D. Episcopum et Nobiles praenotatos disceptatio, et discordia mota et exorta extitisset, idem D. Episcopus petitionibus ipsius Vajvodae et Nobilium paternali favore annuens, hanc Gratiam et praerogativam fecit Nobilibus praenotatis, quod anno illo tunc praesente ab illis Nobilibus, in quorum Possessionibus Ecclesiae sunt, quaternariae recipiet, et tollet Decimas suas memoratas D. Episcopus, et Capitulum suum, sicut iidem Nobiles, et alii Comites hactenus, juxta eorum voluntatem dederunt, et persolverunt, aliis autem annis, et temporibus futuris, praedictas Decimas cum omni plenitudine Juris eidem, et suo Capitulo dimittent, restituent, et resignabunt plene, et integre percipiendas, et tollendas, sicut Divini Juris dispositione eadem Decimae ad Ecclesiam dinoscuntur pertinere; tali modo: quod si ullo unquam tempore praenotati Nobiles, Comites, vel alii homines communes, in quorum Possessionibus Decimae sunt Quartanariae, ipsas Decimas in toto, vel in parte, absque voluntate D. Episcopi, et sui Capituli ac Procuratorum, et Locatorum Decimarum earundem occuparent, et perciperent, vel quoquo modo se intromitterent de eisdem, tunc universi Nobiles, talibus auxilio, favore non assistent, et se a consortio, ac societate eorum anni-



no se retrahent, et eximent - - - super Decimis autem sub cuttello (quid hoc vocabulum significet, ignorare me fateor, nisi fortassis indicet animalia cute instructa, ac decimari solita ut sunt agni, oves, sues etc. taliter extitit ordinatum: quod pro singulis capitiis, singulos decem denarios de moneta, quae nunc currit, vel de alia moneta nova D. Regis, quae incipiet currere, persolvent, donec D. Noster Rex super ipsis Decimis disponet, quantum solvere teneantur. Cui quidem ordinationi, et dispositioni Nobiles, et Comites Quartanarum personaliter consensum, et assensum praebuerunt, se ad praemissa omnia obligando. Datum Thordae tertia feria proxima post Fest. Purificat. Virg. A. D. 1358.

### I 360.

Prostat autem hoc Instrumentum in Transumpto Dionysii Vajvodae Transylvani, ad Requisitionem Honorabilium, et Discretorum Virorum Magistrorum Joannis Praepositi, Joannis de Küsküllö, Ladislai de Thylegd, Nicolai de Zonuk, et Ladislai de Hunyad Archidiaconorum, Canonicorum Ecclesiae Transylvanae, vice, et nomine Ven. in C. P. D. Dominici, D. et Ap. S. G. Episcopi Eccles. praenot. factam edito Thordae. A. D. 1360.

### I 361.

Comes Joannes, Filius Viviani de Vintz inferiori, Possessionem suam Váradgya vocatam testamentaliter legat Capitulo Ecclesiae Transil. tenore sequenti. Fasc. 2. n. 50.

Nos Frater Stephanus Abbas de Clus-Monostira, ac Conventus Ecclesiae B. V. de eadem significamus - - - Universis, quod cum Nos in personis propriis, cum Fratre Joanne nostri ordinis, ac vice, et nomine ejusdem Conventus nostri, ad diligentem petitionem,



nem, et requisitionem Honorabilis Capituli Ecclesiae Transilvaniae, ad audiendum Testamentum, et ultimam dispositionem quondam Comitiss Joannis Filii Viviani de Vincz inferiori accessimus, tandem Nobis ibi existentibus, Frater Alardus, Prior Ecclesiae B. Virg. de eadem Vintz, Frater Nicolaus Prior Ecclesiae B. V. de Alba, Nicolaus de Burperk (Borberek) et Jaannes de Vintz Ecclesiarum Rectores, ac Comes Renevas, et Nicolaus Filius Antonii Hospites de praedicta Vincz dixerunt, et confessi extiterunt Nobis hunc in modum: Quod idem Comes Joannes Filius Viviani, licet aeger corpore, mente tamen per omnia sanus, in praesentia ipsorum, ac Ven. in C. P. D. Rudolphi, D. et A. S. G. Episcopi Bondichiensis, suffraganei D. Dominici, eadem G. Episcopi Transil. ac Nicolai Pistoris, Joannis Furner dicti, et Andreae dicti Maaz, Hospitum (ideest: Saxonum) de eadem Vintz inferiori, nec non Comitiss Danielis de Rufa Ecclesia (hungarice. Veresegyház) quandam Possessionem suam Váradgya vocatam, in Comitatu Albeni, juxta fluvium Morisii (Marusii) adjacentem, cum omni plenitudine sui Juris, in perpetuam eleemosynam Ecclesiae B. Mich. Arch. videlicet Capitulo, excepto Episcopo, (ideest: excluso illo) prout Pater suus, et Avus in sua ultima dispositione sui Testamenti legassent - - - perpetuo, et irrevocabiler possidendam - - - super qua Testamentaria Dispositione, ad supplicationem Dominorum praedictorum de Capitulo Literas nostras - - - Datum in Quindenis Paschae D. A. ejusdem 1361.

Continetur autem hoc Instrumentum in Transumpto Conventus B. M. V. de Clus-Monoftra, ad expositionem Honorabilis Viri Andreae Praepositi Ecclesiae Alben. Transilvaniae, pro Jurium Capituli ejusdem Eccl. tuitione factum, expedito A. D. 1367.

Eodem



Eodem Anno LUDOVICUS Rex committit idem Capitulum in Jus Possessionis Zalathna restitui, ac reponi, serie sequenti: Fasc: 3. n. 1.

LUDOVICUS D. G. Rex Hungariae, Fidelibus suis, Senioribus Juratis, et universis Saxonibus de Sede Cibiniensi, et ad eandem - - - pertinentibus salutem, et Gratiam. Ex frequentibus querelis Honorabilium Virorum, Capituli videlicet Ecclesiae Transilvaniae - - - ad Nos pervenit, quod Nicolaus filius Sandur de Kézdi, Stephanus de Selimbergh, Hellingus, et Filii sui, nec non Nicolaus filius Arnoldi, ac quidam alii Saxones, quamdam Possessionem ipsorum Zalathna vocatam, in Sede de Oltzva constitutam, omni Jure ad ipsos pertinentem, ac etiam per definitivam sententiam Magnifici Viri Dionysii Vajvodae Transilvani per ipsos reoccupatam, ac eisdem legitime Statutam, Justitiae contumaciter resistendo, ipsis non permetterent possidere, imo propria ipsorum potentia, et auctoritate eandem detinerent, indehite occupatam. Quam quidem quaerelam Discreti Viri Joannes Praepositus, et Joannes Archidiaconus de Küküllö, Canonici Ecclesiae praedictae, Comite Conrado, et Nuntiis Vestris coram nostra Majestate adstantibus, Nobis innovaverunt. Unde nos tale potentiarum factum in Regno nostro ulterius dissimulare nolentes, imo unumquemque, et specialiter Sanctas Dei Ecclesias suo Jure gratulari volentes, eidem Comiti Conrado, et Nuntiis Vestris, et per eosdem Vestrae Universitatis Fidelitati graviter praecipiendo commisimus, et praesentium serie committimus, ac mandamus, ut praedictos Honorabiles Viros, Capitulum videlicet Ecclesiae Transilvaniae, seu officialem ipsorum ad dictam Possessionem Zalathna vocatam statuendo contra praedictos occupatores, potentiarios, et quoslibet alios, ipsos sine Juris ordine impediens vel molestare volentes, pacificos, et quietos conservare, et defensare debeatis, nostra Regia Auctoritate mediante - - - Datum in Vissegrad. - - A. D. 1361.

G 2

1362.

## I 362.

LUDOVICUS Rex committit Incolis Zalathnensibus, ne Nicolaum de Rosenthal, sed Capitulum Albense agnoscant pro suo Domino, tenore sequenti: Fasc. 2. n. 47.

Ludovicus D. G. Rex Hungariae Fidelibus suis Villico, et universis Populis de Zalathna Salutem, et Gratiam. Ad auditum Nostrae devenit Majestatis, quod licet quidam Nicolaus de Rosenthal, de facto dictae Possessionis Zalathna se intromisit, et ejusdem Possessionis medietatem occupavit, occupatamque nomine sui Juris detineat, tamen ipsa Possessio in nullo sibi attinet, nec aliquod Jus habet in eadem, verum Honorabilis Capituli Ecclesiae Alben. Transil. esset Possessio haereditaria, et ad ipsum Capitulum omnis Juris tramite debet pertinere. Verum cum Nos dictum Capitulum hujusmodi suo jure rationabili nolimus per quampiam irrationabiliter destitui, seu defraudari, mandamus vobis universaliter firmissime, et districte, quatenus mox visis praesentibus, memorato Nicolao de Rosenthal, et etiam aliis - - - illegitimis occupatoribus, et detentoribus derelictis omnino, et obmissis, supra dictis Viris Honorabilibus Capitulo Ecclesiae Transilvaniae, quorum Dominio ipsa Possessio attinere dicitur, adhaerere, ac venerationem, obedientiamque illi de universis suis Juribus, et obventionibus plenarie respondere teneamini, et debeatis, nec ipsi adnotato supra dicto Nicolao, vel aliis ipsius Possessionis illegitimis occupatoribus ulla occasione Domini dictae Possessionis obedientiam, aut reverentiam exhibere debeatis - - - Capitulum Vobis pro Dominis legitimis reputantes teneatis, secus facere non ausi - - - Datum Budae in octavo etc. A. D. 1362.

## I 364.


Vir Discretus Andreas Cantor, et Canonicus Ecclesiae Albensis Transilvaniae, vice, et nomine Ven. in C. P. et D. Dominici, D. et

D. et A. S. G. Episcopi Ecclesiae praenotatae, in Capitulo Vardiensi transumi facit aliud ejusdem Capituli Testimonium, A. 1349. de eo editum, quod Relicta Emerici Filii Guth Kachkyn vocata, in aetate senili constituta, ac haeredum solatio destituta, Portionem suam Possessionariam, in Possessione Baldun, in Comitatu de Karaszna existentem, cum omnibus suis utilitatibus, Ven. in C. P. et D. Andreae Episcopo Transylvano, et per eum Ecclesiae B. Mich. Archang. Transylvano, ac Successoribus ejus jure perennali donat. Fasc. 6. n. 44.

## I 350.

JOANNES Praepositus, et Capitulum Ecclesiae Alben. inhiberi faciunt Petrum Vice-Vajvodam Transylvanum circa Jus in Possessione Váradgya, hunc in modum: Fasc. 2. n. 34.

Nos Ludovicus D. G. Rex Hungariae etc. memoriae commendamus - - - Quod cum Nos ad instantem supplicationem Honorabilium Virorum Joannis Praepositi, et Capituli Ecclesiae Alben. Transilv. Dominum Petrum Praepositum Ecclesiae omnium SS. de Castro Vesprimiensi, Capellanum nostrum specialem, ad infrascriptam prohibitionem faciendam destinassimus, tandem item D. Praepositus Petrus homo noster ad Nos reversus, Nobis recitavit, quomodo ipse feria 4. prox. post Fest. B. Petri, et Pauli Apost. - - - ad Possessionem Petri Vice-Vajvodae Transylv. Váradgya vocatam accedendo, ibique ipsum Petrum Vice-Vajvodam ab occupatione, usurpatione, et perceptione dimidietatis proventuum Portus, in eadem Possessione Váradgya habito super fluvio Morusii (Marusii) ad ipsos Praepositum, Capitulum, et Ecclesiam, uti dicitur, de jure spectant. nec non Eundem, et quoslibet ad ipsum pertinentes de usibus terrarum et aliarum utilitatum, ac jurium quolibet - - - dictae Ecclesiae ulterioribus, et violentis, ac se eisdem quoquo modo intromissione factis,



eta, vel fienda, nominibus praedictorum Praepositi, et Capituli, ac Ecclesiae, specialiter autem a ductatione navis dicti Vice-Vajvodae, ultra dictum Fluvium Morisii ad terram ejusdem Ecclesiae prohibuisset manifeste verbo Nostrae Majestatis. In cujus etc. Datum in Alba Gyulae - - - A. D. 1366.


### I 3 6 7.

Discretus vir Magister Nicolaus Archi-Diaconus de Ozd, Socius et Canonicus Capituli Alben. Tran. transumi curat per hoc idem Capitulum Commissionem Magistri Konya, Dalmat. Croat. Bani, qua is committit suis Officialibus in Archi-Diaconatu de Ozd, quatenus nunquam de caetero ad Decimas Episcopi Dominici Transilvani, sui proximi, et Quartas Archi-diaconales se intromittere praesumant. Datum - - - A. D. 1367. Fbfc. 7. num. 6.

### I 3 7 0.

Joannes Vice-Vajvoda Transylvanus committit Conventui B. M. V. de Clus-Monofra, ut Honorabiles Viros, Dominos de Capitulo Eccl. Transylv. in Dominium possessionariae Portionis, in Kis-Enyed existentis, per Nobilem Dominam Consortem Comitissae Stephani de Selymberg, Filiam quondam Ornoldi Margaretham vocatam, pro remedio animae suae dicto Capitulo datae, ac legatae introducat cum Georgio Ruso (id est Verefs) vel Petro Magno (Nagy) aut Ladislao de Gald, homine Regio. qui referunt, statutioni, et introductioni ipsorum contradictione obviaffe Mathiam Filium Ornoldi, et Nicolaum Filium Ioannis, Nobilis de eadem Kis-Enyed. ac Nicolaum magnum Famulum, dicti Sompae. Datum - - - A. D. 1370. Fasc. I. n. 15.

Eo-



Eodem Anno, Ludovicus Rex committit, ut dum victualia e Bonis, ac Decimis Praepositi, Archi-Diaconorum, et Canonicorum Ecclesiae Alben. Transil. per loca tributorum deportantur sine ulla tributi, seu Vectigalis solutione permittantur deportari, tenore sequenti Fasc. 4. num. 2.

LUDOVICUS D. G. Rex Hungariae, Fidelibus suis universis Praelatis, Baronibus, specialiter autem Vajvodae Transylvano, et Vice-Vajvodae ejusdem nunc constitutis, et in futurum constituendis, item Comitibus Castellanis, Nobilibus, Officialibus - - - Tributis habentibus, eorumque tributariis - - - salutem, et gratiam. Ex gravi querimonia Discretorum Virorum Praepositi, Archi-Diaconorum, et Canonicorum Ecclesiae S. Michaelis Arch. Transylvanae - - - percimus; quod de victualibus eorum, de Archidiaconatibus, et de Decimis ipsis provenientibus, nec non de Villis ipsorum eis deferendis, cum ad loca tributorum pervenirent, tributa exigerentur, hominesque ipsa victualia deferentes molestarentur, et graviter turbarentur, ipsa etiam victualia saepius auferrentur in ipsorum praejudicium, et gravamen. Unde cum Nos talia gravamina ipsis in ferri non velimus, Fidelitati Vestrae, et quorumlibet Vestrorum firmo Regio cum Edicto praecipientes mandamus, quatenus de victualibus, dictis Praeposito, Archidiaconis, et Canonicis, de Archidiaconatibus, et de Decimis ipsis provenientibus, ac Villis eorum deferendis, cujuscunque generis existant, nullum tributum, nullamve tributarium exactionem recipere, vel exigere praesumatis, sed absque omni impedimento, simul cum hominibus ipsa deferentibus, pacifice transire permittatis - - - Datum - - - A. D. 1370.

### I 3 7 7.

LUDOVICUS Rex mandat Vajvodae Transilvano, Episcopum, et Capitulum Transilvanum in Jure suos subditos iudicandi conservari, in sequentem modum: Fasc. 7. n. 29.

Lu-




LUDOVICUS Rex Hungariae, Poloniae, Dalm. etc. Fideli suo Magnifico Viro Ladislao Vajvodae Transilvano salutem, et Gratiam. Cum Nos Ven. in C. P. Gublinum Episcopum Ecclesiae Alben. Transylvanae, ac Capitulum Ecclesiae ejusdem in libertatibus ejusdem Ecclesiae antiquis, in facto adjudicationis Jobbagionum ipsorum velimus illibate conservare, ideo Fidelitati Vestrae firmiter praecipimus, quatenus eundem D. Episcopum, et suum Capitulum praemissa libertate uti pacifice permittatis, nulla facta novitate, nec contra ipsam libertatem, ipsos ad faciendum Judicium ex parte suorum Jobbagionum, seu Olachorum (Valachorum) ad quorumcumque Instantiam compellatis. Datum in Diosgyeur - - - A. D. 1377.

Continetur autem hoc Instrumentum in Transumpto ejusdem Regis, ad preces Discreti Viri Ladislai Canonici, et Decani Ecclesiae Alben. Transyl. in personis memorati Episcopi et Capituli factas, edito, Anno mox notato.

### I 3 8 0.

LUDOVICUS Rex committit Vajvodis Transilvanis, Capitulum Eccl. Alben. Transil. in jure Decimarum Villae Bun pacifice relinqui, hoc tenore Fasc. 7. n. 7.

LUDOVICUS D. G. Rex Hungariae, etc. Fidelibus suis Magnifico Viro Vajvodae Transilvano, ac Vice-Vajvodis ejusdem, et Castellano de Kuhalm (hodie Köhalom) - - salutem, et Gratiam. Ex conquestione Honorabilis Viri Domini Joannis Archidiaconi de Küköllö in Ecclesia Transil. per eundem Nobis facta percepimus, quod vos contra formam aliarum Litterarum Nostrarum, super facto Decimarum Villae Bun vocatae, ad Capitulum praedictae Ecclesiae Transyl. de jure, et ab antiquo spectantium, et Quartae Archidiaconalis ipsum




ipsum contingentium, sub nostro Secretario Sigillo confectarum, ad eas Decimas Vos intrmitteretis, mandatis nostris, in ipsis aliis litteris contentis penitus, et per omnia spectis, et parvi pensis, in praedicti Capituli, et ipsius praedictum valde magnum. Quare Fidelitati Vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus contra formam praescriptarum aliarum Litterarum Nostrarum, super facto praenotatarum Decimarum in nullo a modo deinceps intrmittere praesumatis, secundum mandata nostra, in ipsis aliis nostris Litteris contenta, penitus et per omnia debeat observare, aliud non facturi. Datum Budae - - A. D. 1380.

### I 3 8 1.

DEMETRIUS Cardinalis, et Gubernator Ecclesiae Strigoniensis, antea Episcopus Transylvanus, recognoscit, se restituisse Capitulo Albeni certas curiam, et Vineam, in Miriszló occupatas, hoc tenore: Fasc. 7. n. 12.

Nos DEMETRIUS, miseratione Divina Sanctorum quattuor Coronatorum Presbyter Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatus, et Gubernator Ecclesiae Strigoniensis, Locique ejusdem Comes perpetuus, nec non Aulae Regiae supremus Cancellarius: Recognoscimus praesentiam per tenorem, quod dudum cum Ecclesiae Transilvaniensi Pontificali dignitate praefuissemus, et propter quaedam Nostra debita, quibus Joannes, filius Stephani de Miriszló Decimator Noster ratione Decimarum Nostrarum Nobis tenebatur, Curiam ejusdem, et Vineam magnam in eadem Miriszló, ac Molendinum in Voldháza existentes pro Nobis occupari fecissemus, tandem cognoscentes dictas Vineam, Curiam, ac Molendinum ad Dom. de Capitulo praedictae Ecclesiae Transylvanae ratione Domini temporalis de Jure debere pertinere, easdem ad Ipsorum supplicationis instantiam, Ipsis remisimus, resignavimus, et restituimus pleno jure tenendas, et perpetuo possidendas. In cujus rei



testimonium - - - Datum Strigonii in octavis Festi Nativitatis.  
B. V. A. D. 1381.

## 1389.


Maria Regina. potestatem facit Capitulo, ut idem a suis Jobbagionibus Nonas percipere ita possit sicut illae a Regalibus subditis percipiuntur, hunc in modum Fasc. 6. n. 6.

NOS MARIA D. G. Regina Hungariae etc. Memoriae commendamus - - - quod Nos cum ob singularem devotionem, quam ad S. Michaelem Arch. Caelestis Militiae Principem gerimus, tum etiam ad humilem precum instantiam Fidelis nostri devoti R. in C. P. D. Petri Transylvanae Ecclesiae Episcopi, annuimus Fidelibus Nostri Honorabilibus Viris Dominis de Capitulo Ecclesiae Transylvanae - - - eisdemque auctoritate Reginali omnimodam tribuimus facultatem - - - ut iidem Domini de Capitulo, a modo in antea, de universis et singulis Jobbagionibus, in quibusvis Possessionibus ipsorum commorantibus Nonam modo simili, quo eadem Nona a Jobbagionibus Regalibus exigitur, in specie, seu in pecunia exigere, tollere valeant, et levare, et de eadem Nona disponere, sicut ipsis videtur utilius expedire, mandantes, et districte precipientes Fideli nostro Vajvodae, aut Vice-Vajvodae, pro tempore constitutis, quatenus eosdem Domino de Capitulo in exactione Nonae praelibatae, modo, quo supra ipsis indultae, et commissae, quovis quaesito ingenio, aut colore non audeant quomodolibet impedire, Nostrae Gratiae sub obtentu. Datum in Temesvár, in Festo B. Joannis Ap. et Evangelistae A. D. 1389.

## 1390.

Eadem Regina indulget, ut idem Capitulum in sua Possessione Enyed, Nonas percipere possit, hac serie: F. 4. n. 44.

Nos



Nos Maria D. G. Regina Hungariae etc. memoriae - - - Quod quamvis Possessio Honorabilium Virorum Fidelium Nostrorum Devotorum Dominorum de Capitulo Ecclesiae Transylvanae Enyed vocata, eisdem libertatibus, praerogativis, et gratiis uti, et frui censeatur, quibus septem Sedes Saxonicae Partis Nostrae Transylvanae insignite fore dinoscuntur: eademque Possessio Enyed ex libertatibus praemissis, ad solutionem nonae, eisdem Dominis de Capitulo ex parte ejusdem Possessionis, ad instar caeterarum Possessionum proveniendi, et persolvi debente obligata non existat, tamen Nos valentes eandem Transylvanam Ecclesiam, ut in ipsa degentes in tutum Domino uberius queant famulari, favore prosequi, gratiose annuimus itaque ipsis Dominis de Capitulo, auctoritate Nostra Reginali omnimodam tribuimus potestatem, ut ipsi praemissam solutionem Nonae ipsis, ut praescribitur, ex parte dictorum Jobbagionum ipsorum provenire debent, in alium censum memoratae Ecclesiae proficuum, ipsisque convenientem possint, ac valeant commutare, harum Nostrarum testimonio Litterarum mediante, mandantes, et districte injungentes Jobbagionibus, et Populis de saepe dicta Enyed, quatenus iidem huic Nostrae Commissioni, et annuentiae nullo unquam tempore verbis, aut factis audeant quomodolibet obviare nostrae Gratiae sub obtentu, Datum in Temesvár, prox. die Domin. post Fest. Epiphaniarum Domini, A. ejusdem 1390.

## 1393.

SIGISMUNDUS Rex Hungariae etc. graviter reprehendens ad expositionem, et querelas Demetrii Episcopi Transilvani, atque ejus Capituli, dato ad Magnificum Virum Frank Vajvodam Transilv. Edicto, Transilvanorum Nobilium impiam temeritatem, qua Decimas ejus Episcopi, et Capituli in maxima sui parte usurpassent, et occupassent, prohibet, ne id

H 2

am-



maplius fiat, praecipitque tales in facto Potentiae convinci.  
A. 1393. Fasc. 3. n. 47. Item:

Nobilis quaedam Domina Elizabeth Portiones suas mox memorandas Testamento, mortis causa facto confert Altari Corporis Christi, et Capitulo Albensi, in sequentem modum: Fasc. 4. n. 27.


Conventus Monasterii B. M. V. de Clus-Monoftra, omnibus  
- - - Salutem - - - Ad universorum notitiam - - - volumus pervenire. Quod cum Nos ad instantem supplicationem Nobilis Dominae Elizabeth vocatae, Relictae quondam Nobilis Viri Joannis Vice Vajvoda, nunc vero consortis Biasi militis, Filii scilicet olim Herbordi de Gáll, Religiosos Viros Joannem Porem ac Antonium Presbyteros Fratres Nostros Conventuales ad auliendam inter vivos Donationem ejusdem Nobilis Dominae destinassemus; tandem exinde ad nos reversi, Nobis retulerunt eo modo: Quod ipsa Domina animo deliberato, favente suae Devotionis affectu, volens animae suae saubriter providere, ac praevenire potius, quam praeveniri, coram Iphis Portiones suas Possessionarias in Villis Fahid, et Syle vocatis, in Comit. Albens. existent habit. ad ipsam emptionis titulo spectantes, Capitulo Ecclesiae Transilvaniae, nec non Portionem suam Possessionariam in Possessione Gáll praedicta, eodem Comit. habita, cum pallato, ac molendino duarum rotarum, ac quinque mansionibus Jobbagionum, in ea Portione existentibus, Altari Corporis Christi in dicta Ecclesia Transilvana fundato, ac dotato, ubi pro se sepulcrum elegisset, et se Deo in orationum-suffragiis jugiter commendasset, nec non Rectoribus ipsius altaris in futurum constituendis, cum universis earum utilitatibus, et pertinentiis - - - dedisset, donasset, contulisset - - - perpetuo - - - possidendas - - - hoc tamen notanter expresso, ut easdem Portiones suas - - - ac molendinum usque ad vitam suam ipsa Domina, et praefatus Byas miles libere, ac pacifice possint,



sint, ac valeant possidere, post mortem autem ipsius Dominae ad jus, et proprietatem praedictorum Capituli Eccles. Transilv. et Altaris Corporis Christi, sine difficultate aliqua, et litigionario processu, perpetuo devolvantur - - - Datum sexto die quidecimarum Festi B. Georg. Mart. A. D. 1393.

1394

Mugister PETRUS, Filius Georgii de Veréb, Vice Vajvoda Transilvanus testatur, quod in octavis Festi B. Georg. Mart. in plnima multitudine Nobilium Regni, ad Villam S. Emerici, coram Magnifico Domino Frank Vajvoda Transilvano, et seipso conveniente, ad querelas Procuratorum Ven. in Christo. P. et D. Demetrii D. et A. S. G. Episcopi Transilvani, nec non Capituli Ecclesiae ejusdem, contra quosdam Nobiles, in facto occupationis indebitae, et potentialis usurpationis Decimarum, ac etiam Quartarum Decimalium Archidiaconalium propositas, iidem Nobiles Regni, una cum dicto Vajvoda eodemque Episcopo, et aliquibus Dominis de Capitulo taliter ordinarunt, ac disposuerunt, quod quicumque Nobilium, seu alterius conditionis hominum deinceps a D. Episcopo, ejusque Capitulo, vel Archidiaconis Quartas Decimales conducere voluerint, vel habere, super Locatione Decimarum ipsarum, vel Quartarum, Litteras eorundem Domini Episcopi Capituli, et Archidiaconorum, vel suorum Procuratorum, - - - potestatem locandi habentium, seu cedulam recognitionis super ipsa Locatione, sub sigillo ipsorum recipere teneantur, ut de ipsa Locatione eis facta docere possint, ac probare. Quicumque autem de occupatione, et usurpatione ipsarum imposterum inculparentur, et per Litteras



ras Locationis, vel chartas sigillatas docere, et probare non possent, tales occupatores, seu usurpatores in facto Potentiae convincantur eo facto, et per D. Vajvodam, aut Vice Vajvodam, at - - - poena potentiae merita puniantur - - si qui vero Nobiles, vel alii Conductores Decimarum, vel Quartarum Decimarum in terminis consuetis, in Litteris Locationum eis ad solvendum deputatis ipsas Decimas, seu Quartas Decimatoribus persolvere recusarent, ex tunc D. Vajvoda, vel suus Vice Vajvoda de summa pecuniae, in Litteris Locationis expressa, ad requisitionem Decimatorum satisfactionem impendere, cum Judicio trium marcarum, super Possessiones non solventium extorquenda deberent, ac tenerentur, absque strepitu Judicii, et Litigionario Processu aliquali - - - Datum in S. Emerico, quarto die praedictarum octavarum, A. D. 1394. Fasc. 3. n. 36.

### I 3 9 6.

Capitulum idem, Protestationem instituit contra minas Petri Sztrygy, sequenti tenore: Fasc. 3 n. 44.

JOANNES Filius quondam Petri Vice Vajvodae de Váradgya, Vice Vajvoda Transylvanus, memoriae commendamus, quod Venerabiles, et Discreti Viri, Domini Stephanus de Tylegd, Nicolaus de Kézdi, et Antonius de Crafzna Archi-Diaconi, et Canonici Ecclesiae Transilvaniensis, in suis, ac Capituli ejusdem Ecclesiae Transilvaniae personis ad nostram venientes praesentiam, per modum protestationis Nobis significari curarunt, quod quemadmodum ipsi, et reliqui Domini de Capitulo dicto percepissent, Petrus, Filius Sztrygy de S. Emerico, comminando dixisset, quod ipse quasdam Possessiones ipsius Capituli, Piski, Paad, et Répás appellatas funditus destrue-



struere vellet, et concremare, ideo si quid iniqui Possessionibus in praedictis fieri contigerit, id pro facto ipsius Petri Filii Sztrygy imputarent. In cujus etc. Datum in S. Emerico, decimo - - - A. D. 1396.

### I 3 9 7.

Praepositus cum Canonicis Litem agit circa sua praejudicia. Quod Instrumentum mancum quidem, quia initio carens, admodumque humili, et confuso stylo conceptum est, esseque videtur illius temporis Notarii, referendum nihilominus censui per extensum, quod notitia digna contineat, et ita habet: Fasc. 6. n. 48.

Item dicit (videlicet Praepositus) quod alias Locationis Decimarum Dominorum de Capitulo facere de consensu suo, seu sui Procuratoris, et modo nec ipse, neque Procurator ejus requiritur, sed easdem in ipsi praejudicium vendunt, et in despectum. Respondimus (id est Canonici) quod hoc verum est, et fuit de Decimis, quas Domini Canonici pro mensis non reservarunt. Item in Quartis in Enyedino majori, et minori, et in Quartis de Orbo, ac in omnibus Decimis de Bozd (hodie Buzd) Non dant sibi Tertiam Praeposituralem, et nolunt dare rationem, quare non debeat habere, neque docent Privilegia. Respondimus: quod non habet, neque sui Praedecessores habuerunt. Item in Decimis de terra Siculorum, et argento de Districtu Sebes, quae faciunt in toto 60 marcas argenti, non datur sibi tertia Praeposituralis, etiam de argento de Sele Medgyes, quod facit XXXVI. marcas argenti, non datur sibi tertia Praeposituralis, et non docent Privilegia, quare non debeat habere. Respondimus; et fatemur, quod nec sibi, nec suis Praedecessoribus - - - Praepositurae aliud de istis hic enarratis dedisse. Si vero aliquo Jus





ad ista habet, doceat, sed credimus, ipsum nullum Jus ad illa habere. Item: in quinquagesima ovium datur sibi quinta, et debet habere tertiam, quia de Jobbagonibus Capituli proveniunt, et etiam de ovibus S. Michaelis (singulare obventionis genus) pro tertia Praepositurali nihil dant (videlicet Canonici) tamen etiam oves huiusmodi de Jobbagonibus Capituli proveniunt. Respondimus, quod sicut suis Praedecefforibus dederunt, sic et sibi dederunt, et si non vult contentari, doceat de opposito. Item in muneribus, quae proveniunt de Jobbagonibus Capituli, non datur tertia Praeposituralis, tamen de Jure debent habere, quia in Proventibus, qui cadunt a Jobbagonibus, habet Praepositus tertiam. Respondimus eo modo, sicut in proximo articulo. Item dicit: quod ipsi D. Canonici dividerunt Praeposituram suam inter se, et ubi habet jus, ad placitum respondent: ibi habet, et ibi non habet, et pro Jure suo dant, quid volunt, sicut modo faciunt de Decimis in Districtu Küküllö, quod alias nunquam fuit sic, et quando occurrit aliquid solvere, tunc dicunt: illi proventus ponantur ad partem, in quibus Praepositus non habet tertiam, dividamus illos proventus solum pro Canonici, et solvatur de tertia Praepositurali pro facto Ecclesiae. Respondimus negando, et dicimus: sibi nunquam fecisse injuriam in aliquo. Item conqueritur de pratis, quod nolunt sibi dare tertiam suam, imo quod plus est, privaverunt eum uno prato, quod dederat sibi D. Demetrius Episcopus ex alia parte Marusii, ubi falcando per suos homines Domini Canonici concinnaverunt, et sic successive Praeposituram destruxerunt, et quotidie destruunt, quia semper defalcant de Jure Praepositurali, cum tamen ista Praepositura est una Dignitas, et Dignitatibus non debet derogari, et ista Praepositura est fundata super tertiam partem omnium proventuum Capituli, seu Canonice. Respondimus: Praepositus habet prata suorum Praedecefforum, in quibus ipsi per multos annos contenti, steterunt, et unum pratum subreptitiae, et false dividendo se non habere prata a D. Demetrio Episcopo postulabat, quod pro tunc contradiximus.

mus.



mus, sicut de Jure id facere debuimus, sed quod dicit, Praeposituram super tertia fundatam, si probaverit, Vestra Paternitas, sicut tenetur, Justitiam faciat. Item qualiter Ruffus Praepositus, et etiam Cato Praepositus percepit proventus Praepositurales, sic nolunt sibi - - - salvo tamen Jure addendi, minuendi - - - juxta Consilium sapientum. Quorum quidem Articulorum partibus hinc inde copiis Decret. et datis, et terminis observatis, ad petitionem ambarum Partium, volentium sine strepitu Juris, et summatim procedere, maxime quia res, super quibus agebatur, erant periturae. Nos igitur omnibus, et singulis, ut praemittitur, visis, lectis, et intellectis, consideratisque difficultate, arduitate, et obscuritate singulorum praemissorum, etiam propter absentiam Jurisperitorum, a quibus Consilium pro tunc habere non potuimus, et quod propter alias quam plurimas causas in aliis Litteris nostris expressas, super prorogatione praemissorum, ad Curiam Regiam, et ad Praelatos Regni Hungariae confectis, omnia, et singula praescripta ad eandem Curiam Regiam, coram Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Praelatis Regni Hungariae, assumptis Nobis Juris peritis, prorogavimus sentiendi, definiendi, et juridice concludendi, prout in memoratis Litteris Nostri prorogatoriis plenius continetur. In quorum omnium efficax testimonium praesentes - - - Literas, Pontificalis sigilli appensione roboratas duximus concedendas. Acta sunt haec, et facta in Palatio nostro Episcopali, hora 6-ta diebus praescriptis, A. D. 1397.

Eodem Anno emanato in Transumpto Conventus B. M. V. de Clus-monostria, ad requisitionem Discreti Viri Magistri Michaelis Notarii Capituli Ecclesiae Transilvaniae, nomine ejusdem Capituli factam, Joannes Magister Vittyh, Venerab. in C. P. et D. Martini D. et A. S. G. Episcopi Transilvani Vicarius in spiritualibus Generalis testatur, quod Laurentius Filius Henneng Nobilis de Dályá, feria 3. prox. ante Fest. B. Simoni et Ju-

I

dae



dae Ap. hora meridiei, vel quasi, Albae domo providi Viri Lazari Civis Albenfis, coram illis, et Festibus infra scriptis, ipsis, et iisdem Testibus, per eundem Laurentium filium Henneng, in Testimonium sui Testamenti, infra declarandi vocatis, et rogatis, licet aeger corpore, omnino tamen compos suae mentis, et rationis, dixit, et confessus extitit oraculo vivae vocis: quod prout ipse alias cum bona ratione, et matura deliberatione Portiones suas Possessionarias, pro morte, seu emenda mortis praefati Henneng Patris sui sibi deventas, quas nunc possideret, et haberet, cum omnibus ipsarum utilitatibus, et pertinentiis, - - - coram suo Confessore scilicet *D. Nicolao Presbytero, Plebano de Váradgya*, aliisque quam pluribus Festibus fide dignis legasset, ita et nunc ob remedium animae, et Parentum suorum legat *Capitulo Ecclesiae Transilvaniae*, imo legavit coram ipsis, et Festibus infra scriptis, tali conditione interjecta, quod praefatum Capitulum Dominam Elizabeth Uxorem suam, usque vitam ejusdem Dominae, in iisdem Portionibus Possessionariis conservare, aut pecuniam, quam ipsa Domina, de suis propriis Bonis, pro redemptione ipsarum Partionum - - - praetextu impignorationis exposuisset, eidem Dominae integre restituere teneatur, ac etiam ipsa Domina annotata dictas Portiones - - - in Dominium praenotati Capituli - - - perpetuo devolvantur praesentibus Discretis Viris, et Honestis - - - *Nicolao Simonis*, et altero *Nicolao Stephani Presbytero*, Domini nostri Episcopi Capellani, ac tertio *Nicolao Stephano Presbytero*, Domini Petri Archidiaconi de Clus Capellano, Thoma Presbytero, Domini Joannis Praepositi Capellano, Canrado Gubemheim dicto *Benedicto Pictore*, Joanne Seniore *Jekel*, Lazaro Hospitibus (*id est Saxonibus*) Albenfis, super quo Testamento - - - praefata




fata Domina Elizabeth patentes Literas nostras - - - in Testimonium praemissorum postulavit, quas eidem concessimus - - - Datum - - - A. D. 1397. Fasc. 7. n. 23.

Eodem Anno Sigismundus Rex committit Conventui B. M. V. de Clus-Monoftra, ut suum mittat hominem, pro Testimonio fide dignum, quo praesente *Stephanus Filius Martini de Táté*, seu *Lucas de Béd*, aut *Petrus*, vel *Jacobus*, Filii *Andrae de Sáros*, sive *Ladislaus de Batisháza*, neve *Bartholomeus Filius Lucae de (Szent István) S. Rege* Capitulum Ecclesiae Transilvaniae in Dominium Possessionum, Portionumque Possessionar. in *Gáld*, *Fahid*, *Gálteö*, et *Mindszent*, in Comitatu Albenfi existentium introducat. Datum Tirnaviae, Die - - - A. D. 1397. Fasc. 7. n. 32.

1399.

Conventus B. M. V. de Clus-Monoftra testatur, quod *Discretus Vir Magister Michael*, Notarius Capituli Ecclesiae Transilvaniae in persona ipsius Capituli Procurator, per modum Proclamationis significasset, quod Nobiles Puellae, Anna, et Catharina vocatae, Filiae quondam *Magistri Joannis Vice Vajvodae*, Filii quondam *Petri Vice Vajvodae*, per Regiam Majestatem in Possessione *Váradgya*, omnis Juris titulo ad dictum Capitulum pertinente, super qua quidem Possessione inter ipsum Capitulum ab una, ac *Honorabilem Virum Dominum Michaellem Filium praefati Petri Vice Vajvodae*, *Archidiaconum de Hunyad*, et *Canonicum in eadem Ecclesia Transil. parte ab altera*, Lis ordine judicario mota penderet, se Haeredes, et tanquam masculos successores, ipsa Lite pendente praefici, et constitui curassent, in praejudicium ipsius Capituli, et derogamen valde magnum.



magnum. Cui tamen praefectioni etiam praefatus Dominus Michael Archidiaconus publice, et manifeste contra dixisse, et inhibuisse perhibetur. Unde facta hujusmodi Protestatione, vice, et nomine dicti Capituli prohibuit eandem Regiam Majestatem a Praefectione, et Constitutione praefatarum puellarum in Haeredes, et Successores masculinos, praefatum vero D. Michaelem Archidiaconum a consensu, et assensu huic Praefectioni, per ipsum, quod absit, adhibendo, praedictas autem puellas, Annam, et Catharinam vocatas ab hujusmodi procuratore, nec non detentione, perpetuatione, ac usu, et quantumlibet utilitatum perceptione, praenotatae Possessionis Váradgya, et quovis colore, titulo se intromittere vellent in eandem - - - Datum - - - A. D. 1399. Fasc. 2. n. 23.

Eodem Anno Idem Capitulum per suum Procuratorem discretum Virum Magistrum Michaelem Notarium suum, coram conventu B. M. V. de Clus-Monostira protestatoriam contradictionem instituit supereo: quod Ladislaus, Filius Selimi, Filii Lucae, ac alii Nobiles de Diód per eorum Jobbagiones in Villa Bolgár Cserged commorantes, territorium Possessionis ipsius Capituli Magyar-Cserged vocatae, videlicet terras arabiles, et faeneta perarari faciendo, contra voluntatem dicti Capituli uterentur, in praejudicium ejusdem, et gravamen; qua quidem Protestatione prohibuit eosdem Nobiles de Diód, et alios quoslibet vicinos, et commetaneos ab usu, et fruitione praedicti territorii Possessionis antedictae. Datum A. D. 1399. Fasc. 6. n. 22.

### 1402.

Idem Capitulum, medio suorum nominandorum, contradicit specificandae usurpationi Petri Geréo Palatini, tenore sequenti: Fasc. 2. n. 31.

LA-



LADISLAUS D. G. Rex Hungariae etc. memoriae commendamus, quod Fideles Nostri Honorabiles Magistri Bartholomaeus utriusque Juris Doctor, Cantor, et Canonicus, nec non Joannes Archidiaconus Thelegdiensis, et Canonicus Ecclesiae Albensis Transilvaniae, per modum protestationis, et inhibitionis Nobis significari curarunt, in hunc modum: quomodo his superioribus annis elapsis Spectabilis, ac Magnus Petrus Geréb de Vingardth, Regni Nostri Hungariae Palatinus, totales Portiones Possessionarias quondam Joannis de Fehid, in Possessionibus Mihálcz-salva, et Gáld apellatis, in Comit. Albens. Transilv. existentes - - - quas idem quondam Joannes testamentaliter dictae Ecclesiae Transilvaniae, et per consequens eidem Capitulo legasset, minus juste, et indebite, ac praeter omnem viam Juris, pro se occupavisset, occupatasque teneret, ac conservaret, et eisdem uteretur etiam de praesenti, potentia mediante in praejudicium - - - Unde facta hujusmodi Protestatione, iidem Magistri Bartholomaeus, et Joannes in persona praefati Capituli - - - eundem Petrum Geréb Palatinum ab occupatione, detentione, et conservatione earundem Portionum Possession. usum, fructuum - - - perceptione - - - prohibuissent, et contradixissent, inhibueruntque, et contradixerunt - - - eorum Nobis - - - Datum Budae, in Festo undecim millium Virginum. A. D. 1402.

### 1404.

Conventus B. M. V. de Clus-Monostira refert Magnificis Viris Dominis Joanni et Jacobo Vajvodis Transil. et Comitibus de Szonuk, quod ad Mandatum statutorium Sigismundi Regis Hungariae, Homo Regius illius, Paulus Kerek, cum ex-misso ipsius Viro Religioso Fratris Antonio Cantore Presbytero socio ipsius Conventus; Capitulum Ecclesiae Transil. juxta dispositionem, compositionem, et ordinationem inter idem Ca-

I 3

pitu-




pitulum, et Honorabilem Virum Dominum *Michaellem Vajvodam*,  
(i. e. *Vajda*) Archidiaconum de *Hunyad*, et Canonicum in  
praedicta Ecclesia Transilvana, habitam medietatem Posses-  
ionis *Vradgya* introducere voluisset, Nobilis Domina *Margaretha*  
Relicta quondam Magistri *Joannis Vice-Vajvodae Transyl-*  
*vani*, in personis *Annae*, et *Catharinae* Filiarum suarum sta-  
tutioni contradixisset, Datum A. D. 1404. Fasc. 2. n. 13.

### I 405.

*Jacobus Lack Vajvoda Transilvanus* medietatem Decimarum  
Villae *Buzd* Capitulo, Quartam vero earum, Archidiacono  
*Albenfi* adjudicat, sequentem in modum:

Nos *Jacobus Lack, Vajvoda Transilvanus*, et *Comes de Zol-*  
*nuk* - - - significamus - - - universis, quod Nobis die *De-*  
*minico*, proximo post *Festum Decollat. B. Joan Bapt. in nostro Ge-*  
*nerali Colloquio*, una cum *Regni Nobilibus*, pro negotiis - - -  
*Tordae* celebrato existentibus, ibidemque unicuique, quod suum est,  
*Juris aequitate* suadente, ex officio nostro restituere, ac querelantibus  
*Justitiam impertiri* cupientibus, *Honorabilis Vir Dominus Georgius*  
*Kepees Praepositus*, et *Nicolaus Decanus Canonici Ecclesiae Tran-*  
*silvanae*, propriis, ac aliorum *Dominorum de Capitulo ejusdem Eccle-*  
*siae* nominibus, contra, et adversus *Discretum Virum Dominum An-*  
*tonium Presbyterum*, *Plebanum de Buzd* - - - coram Nobis pro-  
posuerunt eo modo; quod idem *D. Preb. Antonius medietatem Deci-*  
*marum in Villa Buzd*, et ejus territorio proveniente dicto *Capitulo*,  
ac quotannis partem earundem *Decimarum Archidiacono Albenfi* - - -  
a tempore antiquo, cujus initii memoria hominibus non occurrit, pro-  
venire consuetas - - - at tertio anno, et citra,  
tempore videlicet *disturbii Regni*, absque omni jure occupasset, occupa-  
tasque detineret, et eisdem pura medietate, et *Quarta ipsarum Deci-*  
*marum*



marum uteretur, in praedictum dicti *Capituli*, et *Archidiaconi*, et  
derogamen, exhibentes Nobis pro hujusmodi propositionis verificatione,  
eorumque *Jurium* tuitione quoddam antiquum *Privilegium* - - -  
A. D. 1334. emanatum, in cujus tenore inter caetera continetur e-  
videnter, medietatem dictarum *Decimarum ad Capitulum praedictum*,  
*Quartam vero ad Archidiaconatum de Jure spectasse* - - - Quo  
audito praedictus *D. Antonius* - - - respondit ex adverso:  
quod totalis *Decima* in dicta *Villa Buzd*, et ejus territorio consveta  
ad *Ecclesiam suam Parochialem*, ac *Rectorem ejusdem* - - - per-  
tineret plene, et integre, ac pro tuitione suae *Partis* produxit duos  
*Processus*, anno proxime praeterito in praesenti *Quaestione* in *Curia*  
*Romana* emanatos, ubi praefati *Domini Praepositus*, et *Decanus* am-  
plius in ejusdem contrarium exhibuerunt quasdam *Literas Patentes Se-*  
*renissimi Principis D. Sigismundi D. G. Inclyti Regis Hungariae*,  
tunc *Domini nostri gratiosissimi* (proinde illum ante hunc annum 1604  
vivere desuisse oportuit:) - - - cum firmissimo mandato *Regio*, in-  
ter caetera expresse declarantes, quod qua materia *Litis*, et *quaestio-*  
*nis* inter (eadem *Partes*) orta, *Regia Majestas* volens inter *Par-*  
*tes* facere *Judicium*. et *Justitiam*, praefatam *D. Antonium* - - -  
universa *Jura*, et *Literalia Instrumenta*, si quae super facto *Decima-*  
*rum* haberet contra dictum *Capitulum*, coram ipsa *Regia Majestate* pro-  
ducturus, et exhibiturus, ad dies *Rogationum* proxime praeteritas in  
praesentiam sui venire mandavisset, idem dictus *Antonius* - - - *Re-*  
*giis* non verens contraire censuit, in contemptum *Decreti Regiae Ma-*  
*jestatis*, per ipsam alias dudum super restringendis, sopiendis, et re-  
fraenandis *Bulla* - - - ex quorum invalescentiis multiformibus,  
dum vigeabant, *Regnum*, et ejus *Incolae* multimodis vexationibus, pe-  
nuriis (forte injuriis) et oppressionibus subiacebant, editi, et stabili,  
a facie *Judicii D. Regis* se absentasset, ad aliena *Regna* pro quae-  
rendo *Jure* se transferendo. Ideo *Regia Majestas* hujusmodi injuriam  
exclu-



excludere volens non modicam, memoratas Decimas non alteri, nisi ad usum praedicti Capituli, per populos, seu Hospites de dicta Buzd dari plene, et administrari, Regio sub firmissimo commississet edicto, alioquin eosdem Populos, seu Hospites ad id cum eorum gravaminibus compelleremus - - - Nobis attributa mediante. Nos igitur - - - quia ex tenore pranotati antiqui Privilegii, ac multorum Virorum Nobilium Nobiscum - - - confedentium assertione, ad praenotatum Capitulum medietatem, ad Archidiaconum vero Quartam ipsarum - - - de Jure antiquo - - - spectasse, - - - ac pertinere, praefatumque D. Antonium - - - per suos praenotatos Processus nihil novi Juris adquisivisse potuisse, Nobis, et Regni Nobilibus videbatur, ipsos etiam Processus idem D. Antonius - - - parte adversa absente impetrasse, ex certo documento perhibebatur, pro eo, Deum, et Justitiam habentes prae oculis, ipsas, medietatem Decimarum, Capitulo praedicto, Quartam vero Archidiacono, juxta praemissam formam, mandati Regiae Majestatis decrevimus dari, et administrari, ac decernimus praesentium patrocinio mediante. Datum Thordae, - - - A. D. 1405. Fasc. 6. n. 23.


### I 4 I I.

SIGISMUNDUS Rex Capitulum Albense in jure, et possessione, Portionis suae, in Gald habitae manuteneri committit, serie sequenti: Fasc. 4. n. 8.

SIGISMUNDUS D. G. Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae etc. Rex, Fideli Nostro Magnifico Stiben Vajvodae Nostro Transilvaniens. vel Vice Vajvodis ejusdem salutem, et Gratiam. Refert Nobis Fidelis Noster, Honorabilis Vir Dominus Georgius Lépes, Praepositus Ecclesiae Albensis Partis Transilvaniae, suo, et Honorabilis Capituli Loci ejusdem in persona, quomodo alias Nobilis Domina Relicta quondam Blasii de Gald quondam Portionem suam Posses-



Possessionariam in Possessione praedicta, in Comitatu Albenfi Partis Transilvaniae existentem habitam, ipsi Capitulo - - - ob remedium salutis animae suae, et Progenitorum suorum, haeredumque, et successorum: deliberatione praehabita, et Testamentaria dispositione mediante dedisset, donasset, et in perpetuum contulisset. Idemque Dominus Praepositus, et Capitulum se virtute ejusdem Legationis, et Donationis, in Dominium ejusdem Portionis - - - juxta Regni consuetudinem, et Legem fecisset ita introduci, in eadem etiam, post introductionem, et statutionem eis factam certis temporibus, et diebus, pacifice perstitissent. Et licet ipsa Ecclesia Albensis ex privilegiata libertate Divorum Praedecefforum nostrorum, - - - eis concessa, et per nostram Majestatem Certis, et evidentibus Litteralibus munimentis efficacius confirmata, ea potiatur libertate, et praerogativa, ut unusquisque Regnicolarum nostrorum, cujuscunque dignitatis, et Conditionis existat, suas Possessiones, et quaelibet Jura sua memoratae Ecclesiae, ex Ipsa gratiosa Concessione, et indulto, specialem, liberam, et omnimodam donandi, legandi, et aliter omnimode conferendi haberent facultatem, tamen nuper dierum - - - Petrus et Georgius de Syllye, nec non nobilis Domina Relicta quondam Nicolai dicti Botha, de Fahid, ac Filii ejusdem in tenera aetate, Constituti, post praetactam Testamentariam legationem, Donationem, ac legitimam statutionem, memorato Capitulo, modo quo supra legatam, non obstantibus praemissis Indultis, et Praerogativa praefatae Ecclesiae modo supra concessis, et attributa, de facto, potentialiter ipsos Praepositum, et Capitulum statim post decessum ipsius Dominae, quam iidem Dominus Praepositus et Capitulum vita Comite in Dominium, et jus portionis possessionariae relinquendo, fructibus, et utilitatibus ejusdem, uti, et frui permisissent, de eadem Portione Possessionaria, totaliter exclusissent, et eandem pro seipsis occupassent, - - - in praejudicium memoratae Ecclesiae et Capituli, - - - Verum cum nos Ecclesiam




Albensem, - - - cum Universis suis appertinentiis, Juribus destitui, sine Causa non velimus, Fidelitati igitur Vestrae - - - praecipientes - - - mandamus, quatenus receptis praesentibus, praemissa testamentaria legatione, Donatione, Legitima statutione, pro parte antedictae Ecclesiae Concessis, et per nos tandem confirmatis, et roboratis, diligenter, et curiose revisis, et examinatis, si ex earundem virtute, et vigore ipsum Capitulum, Alben. Transil. in Dominium saepe fatae Portionis Possessionariae, in dicta Gáld habitae, ipsamque eis legitime statutam - - esse, agnoveritis, ex tunc memoratum Capitulum, non obstante contradictione ditorum Nobilium, et praesertim puerorum praedictorum, qui forsan in facto possessionario, propter eorum teneram aetatem, judicari non debere allegarentur, cum haec nova occupatio possessionari fore censeatur, in Dominium ejusdem restituere, restatutumque in eadem, contra quoslibet illegitimos occupatores, et specialiter praenotatos Nobiles, et pueros protegere, tueri, - - - ipsique Capitulo ex parte eorundem, super praemissis novis actibus potentiariis, juxta vim, - - et formam, novi, et Generalis nostri Decreti, contra homines novorum actuum potentiariorum, patratores, editi et stabiliti, nec non Juris, et justitiae, ac plenariae satisfactionis complementum, impendere - - - modis omnibus debetis, Commitentes dictis Nobilibus, ut siquid Juris, vel proprietatis in facto dictae Portionis - - se habere praetendunt, id non potentialiter, sed juxta Regni nostri consuetudinem, juridice prosequi debeant, super Capitulum antedictum - - - secus propter Gratiam nostram facere non ausuri - - Datum in Vissegrád feria etc. A. D. 1411.

I 4 I 7.

Sigismundus Rex prohibet, ne Jobbagiones Capituli Ecclesiae Alb. Transil. per alios, quam per suos Dominos judicentur, hunc in modum:


Sigi-



Sigismundus D. G. Romanorum Rex - - - Fidelibus suis Judicibus, Juratisque, ac Senioribus Civitatis Nostrae Cibiniensis, universis Saxonibus septem Sedium nostrarum Partium Transilvanarum, salutem et Gratiam. Querelam pro parte Fidelium nostrorum Honorabilem Virorum Dominorum de Capitulo Ecclesiae Transilvanae humiliter nobis allatam, recepimus, continentem, quomodo vos Populos, et Jobbagiones ipsorum, in Possessionibus Ipsorum residentes, contra ipsorum privilegiatas libertatum praerogativas, ipsis per Praedecessores nostros, - - - Reges Hungariae gratiose factas, ad quorundam instantiam, creberrime judicassetis, et nunc vestro adstare Judicatu quasi incessanter arctaretis, et Compelleretis in ipsorum praejudicium - - - cum tamen ipsi Domini hujusmodi libertatis haberent Praerogativam, ut ipsorum Jobbagiones, in quibuscunque Possessionibus Commorantes, nullus Regni Judicum, et Justitiariorum, nostrorum praeterquam ipsimet Domini, aut Officiales eorum, judicandi haberent facultatem. Unde cum nos ipsam Ecclesiam, Transilvanam, et per consequens Dominos de Capitulo - - - ejusdem, in antiquis libertatibus, praerogativis - - - indemniter intendamus conservare, ideo Vestrae Fidelitati - - - praecipientes mandamus, quatenus, - - - a modo et impofterum, Populos, et Jobbagiones, annotatorum Dominorum de dicto Capitulo, in quibuscunque eorum Possessionibus, et signanter - - in Szász Zalathna - - residentes - - - ad nullius instantiam, judicare, aut Vestro adstare judicatu Compellere audeatis - - - secus autem, vobis in praemissis facientibus - - - serie praesentium Committibus, - - - fidei nostro viro Magnifico Nicolao de Csák, Vajvodae nostro Transilvano, ut - - - Vos nostrae Majestatis in persona, ad praemissa - - - adimplenda - - - Datum Budae feria etc. A. D. 1417. Fasc. 7. n. 2.


K 2

1420.



## I 4 2 0.

Conventus B. M. V. de Clus-Monoftra testatur, quod ad instantiam Honorabilis Capituli Ecclesiae Transilvaniae unus ex ipsis Religiosus Vir, *Frater Georgius*, per ipsos, pro testimonio exmissus, retulerit, quod ipse feria quarta prox. post. Fest. B. Marci Evang. ad Possessionem *Diod*, quondam Nobilis Viri, *Michaelis Filii Ladislai de eadem Diod* - - - accessisset, ibique Nobilis Domina *Catharina* vocata, Relicta memorati *Michaelis*, Filia quondam *Antonii Erdélyi dicti de Somkerék*, nec non Discreti Viri, *Andreas Plebanus de Tóvis*, Confessor puta praelibati *Michaelis*, pro tunc existens, ac *Thomas Etrato*, ac *Mathaeus*, de praedicta *Diod*, Ecclesiarum Plebani, Coram ipsa in Domo habitationis ejusdem quondam *Miahaëlis*, unanimi, parilique, voce, ad fidem eorum Deo debitam, et conscientiae puritatem, ultro talem fecissent passionem, quod praelitt. quondam *Michael* de *Diod*, Maritus - - - memoratae Dominae *Catharinae*, in lecto aegritudinis, nimium laborans, licet aeger corpore, vivacitate tamen sensuum adhuc pollens plenaria, matura, et sagaci Deliberatione praehabita coram ipsis - - - de rebus, et bonis suis - - - tale condisset Testamentum, - - - quod ipse quasdam duas Possessiones, videlicet, *Tinód* inter Possessiones praefati Honorabilis Capituli *Enyed* majoris ab una, et *Orbo* ab alia partibus adjacentem, et aliam *Bolgár Cserged* - - in Comitatu Albensi existentes - - - cum omnibus earum utilitatibus - - - praefato Capitulo Ecclesiae Transilvaniae, uti, frui, et perpetuari in perpetuum - - - legasset, - - pro eo, ut Capitulum praescriptum, pro refrigerio animae suae futuris temporibus in dicta eorum Ecclesia, orationes, et



commemorationes facere teneatur, praesertim, videlicet, ad illius recompensam - - - quod idem quondam *Michael* vita sibi favente - - - eidem Capitulo, multi varias, multiplicatasque injurias, ac molestias, et damna irrogasset, et contulisset - - - Datum A. D. 1420. Fasc. 1. n. 40.

## I 4 2 2.


Magnifico Viro, Domino *Nicolao de Csák*, *Vajvodae* Transilvano, et Comiti de *Szolnok*, Conventus B. M. V. de Clus-Monoftra, refert, quod cum receptis Litteris, Regiae Majestatis annualibus (*annuentialibus*) pro parte Venerabilis Capituli Ecclesiae Transilvaniae, sibi praesentatis, una cum *Sigismundo de Csongra* homine Regio, Socium suum videlicet discretum Virum *Benedictum*, Plebanum de *Csombord*, pro suo Testimonio ad Inquisitionem destinassent, tandem illi ad ipsos reversi retulerint, quod ipsi talem eruerint veritatem, quod *Paulus*, et *Martinus de Röd*, Nobiles, - - - una cum suis Complicibus - - - ad quendam Possessionem praedicti Capituli *Orbo* vocatam accedendo, victualiaque, et alia bona, et res *Jobbagionum* suorum ibidem residentium confractis scriniis, et ostiis, ac rebus exinde exceptis auferendo, et auferri faciendo, eandem devastassent, devastarique, et de praedari fecissent potentia mediante, ac in eisdem non contenti, duos *Jobbagiones* ejusdem Capituli de *Miriszló*, plagis semivivos, vulnerassent, per quod servi ipsius Capituli, et sui *Jobbagiones* quadringentorum florenorum novae monetae damna perpeffi existissent - - - Datum - - - A. D. 1422. Fasc. 4. n. 11.



## I 425.

Perhibet idem Capitulum, quod cum anno proxime elapso, super Possessione sua *Zalathna, Bányá* vocata, ac Cives, et Hospites suos de eadem, pro quibusdam suis, et Ecclesiae ipsius negotiis, certos census imponere decrevissent, illi vero contumaciter se opposcentes, ad Tribunal Regis, provocassent, ibique causa sua cecidissent, tandem ipsi ad veniam de sua temeritate, deprecationem conversis concesserit idem Capitulum, ut ipsi, et eorum Successores, annis sequentibus in perpetuum octavo Festi B. Georg. Mart. sexaginta florenos auri puri per ipsorum expensas, Albae ipsi Capitulo, et successores dent, et solvant. Praeterea decrevit faciendum, ut si aliquae causae super facto Domus Terrarum Arabilium, pratorum, ac aliarum utilitatum terrae ipsius, exceptis negotiis, quae factum Urbariorum ejusdem loci concernere videntur, inter cives, et Hospites suos emergerent, et si quae Partium de Judicio, et Justitia super his, ibidem Coram Judice, et Juratis Civibus de dicta *Zalathna-Bányá* factis, non contentaretur, ex tunc ipse, pro se, suam causam, pro examine, et finali Conclusionem, per ipsum Capitulum fienda, in ipsius praesentiam deferendi habeant facultatem, Datum. A. D. 1425. Fasc. I. n. 9.

Hoc eodem Anno idem Capitulum, hanc eandem Conventicnem cum interventu *Honorabilis Viri Magistri Joannis, Artium Facultatum Baccalauri, Canonici Ecclesiae Transilvaniae, ipsius Capituli Procuratoris, ac Deputati, atque discreti ac circumspecti Viri Domini Muratoris Plebani, ac Joannis Gral, Judicis, Sigismundi Frispyr, Francisci Grunma, et Petri Medici.*  
Ci-




Civium, et Hospitum de *Zalathna-Bányá* alias *Abrud-Bányá*, in formam mutuae Compositionis fecit redigi, in Conventu B. M. V. de Clus-Monostira.

## I 426.

SIGISMUNDUS Rex mandat, sententiam Vajvodalem, in inserto Capituli negotio, in executionem sumi hoc qui sequitur tenore, Fasc. 4. n. 24.

SIGISMUNDUS D. G. Romanorum Rex - - - ac Hungariae etc. *Fideli nostro, Lorando Lépés Vice Vajvodae Partium nostrarum Transilvanarum, salutem et Gratiam. In Personis Fidelium nostrorum Honorabilium Dominorum de Capitulo Ecclesiae Transilvaniae nostrae exponitur Majestati, gravi sub querela, quod licet ipsi ratione quorundam factorum potentiiorum, damnorumque, et injuriarum per Thomam, Filium Georgii de Tamásfalva eidem Dominis, et ad ipsos pertinent. illatorum, et irrogatorum, coram quondam Magnifico Nicolao de Csák - - Partium Transilvan. Vajvoda, per modum juridicum procedendo, contra ipsum Thomam sententiam reportaverint definitivam, tamen ipse quondam Nicolaus Vajvoda favore, ut dicitur, dicti Thomae allectus ad saepissimas postulationes - - - ipsorum Dominorum, hujusmodi sententiam suam debitae executioni demandare, ex parteque ejusdem Thomae, dictis Dominis superinde satisfactionem impendere recussisset, - - - super quo Fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus visis praesentibus - - - praemissam sententiam annotati quondam Nicolai Vajvodae, modo ut praemittitur, reportatam, executioni debitae demandando, ex parte ejusdem Thomae - - - super omnibus praemissis actibus potentiariis, ac damnis, et injuriis, juxta hujusmodi sententiam praenominati quondam Nicolai Vajvodae, praefatis Dominis de Capitulo, merum Juris, et Justitiae, debitaeque, et omnimodae sa-*






tisfactionis Complementum adeo impendere, et exhibere debeatis, ut per amplius, et de caetero iidem Domini de Capitulo nostrae non urgeantur superinde querulari Majestati Latum Eudae - - - A. D. 1426.

## I 427.

Conventus Monasterii B. M. V. de Clus-Monofra, refert Nobili Viro, et Honesto Magistro *Lorando Lépes de Város Közi*, Vice Vajvodae Transilvano, quod ad mandatum ipsius statutorium pro parte *Honorabilis Capituli Ecclesiae Transilvaniae* editum, una cum homine ipsius Regio *Demetrio de Mihályfalva* suum hominem videlicet Religiosum Virum Fratrem Concanonicum Presbyterum Socium ipsorum, Conventualem destinauerint, iique inde reversi, retulerint, quod dum ad faciem Possessionis *Fahid* accessissent, ibique Portiones Possessionarias quondam Nobilis Dominae *Elizabethae* vocatae *Relictae* quondam *Byasy* (forte *Blasi*) Militis (id est hungarice *Katona Balás*) Filiae scilicet, olim *Herbordi de Gáld* in Possessionibus *Fahid*, et *Sülye* Comit. *Alben.* habitas, ipsum Capitulum pignoris titulo statuere voluissent, ex tunc *Gregorius de Sülye* propria in persona, ac *Antonii* Fratris sui *Carnalis* et *Pauli Filii Petri* de eadem *Sülye* personis, item *Andreas de Fa-Hid.* propria in sua, ac *Elisabethae* Filiae quondam *Dominici*, de eadem *Fa-Hid*, Consortis *Benedicti Kis* de eadem peronis, item *Gallus Iudex* (hungarice *Biró Gál*) in persona *Alberti* Filii *Boltha* de eadem, *Gáld*, nec non *Petrus* de *Fahid* *Jobbaggio Nicolai* de *Súgod* in Personis ejusdem Domini sui, et *Benedicti* de eadem, idem *Ladislaus* Filius *Petri Magni* (*Nagy*) de *Gáltö* in personis *Catharinae Horvath*, et - - - *Petri Magni* de praedicta *Gáltö*, et *Clarae Nicolai* de *Gáld* Filiarum, quon-



quondam *Simonis de Fahid* *Judithae* ac *Elenae*, *Nicolai* de *Gáld* praedicta, Filiarum quondam *Nicolai* de praefata *Fahid*, Consortum, hujusmodi recaptivationi, et eidem Capitulo statui factioni contradixissent, et ipsi illos, ad octavas *Epiphaniarum* propterea evocassent, Dat. - - - A. D. 1427. Fasc. I. n. II.

## I 432.

*Sigismundus* Rex committit Vajvodae, ut decimae *Vini* in *Küköllő-Vár*, et caeteris locis, Capitulo *Abensi* more antiquo solvantur Fasc. I. n. 50.

*Sigismundus* Dei gratia Romanorum Rex semper augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Rex. Fideli Nostro Magnifico *Ladislaeo de Cháák* Partium Nostrarum Transilvanarum Vajvodae salutem, et gratiam. Insnuantibus Nobis gravi sub querela Fidelibus Nostri Honorabilibus Dominis de Capitulo Ecclesiae Transilvaniae Nostra audivit *Serenitas*, quod licet a tempore, cuius contrarium memoria hominum non comprehenderet, Decimae vinorum, ex *Vincis Promonteriorum*, *Oppidorum*, *Villarum*, et *Possessionum* ad Castrum nostrum *Kykellevár* vocatum spectantibus, ipsis Dominis de Capitulo provenientes, per ipsorum *Oppidorum*, *Villarum*, etc, et *Possessionum* inhabitatores et populos, ac per alios quoscumque *Vineas*, in *Promontoriis* earum tenentes in locis *Foliarum* (fuerit receptaculum e virentibus frondibus constructum) per ipsos Dominos de Capitulo, aut ejus decimatores erectorum solvi et extradari consueverint, tamen quondam *Magnificus Nicolaus* de dicta *Cháák*, olim similiter Vajvoda partium nostrarum Transilvanarum *Genitor Vester*, quodam tempore vindemiationis, ex instigatione quorundam perversorum hominum, veram solutionem *Decimarum*, sinistre, et nequiter interpretantium, adversus ipsos Dominos de Capitulo - - - indignatus  
L. praec-

praefatis inhabitatoribus, et Populis dictorum oppidorum, villarum, et possessionum commisisset, ut ipsi decimas vinorum, ex ipsorum vineis, dictis Dominis de Capitulo provenientes, non in locis Foliatorum solverent, seu extraherent, - - - sed relinquerent eas in vineis, et Decimatori solummodo notificarent, mustum decimae in suis Vineis reliquisse, qui inhabitatores et Populi dictorum oppidorum, villarum et possessionum - - - potius ad malum, quam ad bonum inclinati, huiusmodi vestri quondam Genitoris Commissionem confortati, ne dum huiusmodi decimas vinorum, de viliori etiam, et abjecto musto, tantum, quantum volunt, quod tantum a Pastoribus, et aliis Malefactoribus consumitur, et deportatur, in doleis, et vasis in vineis eorum relinquentes - - - et dictorum Dominorum, Decimatores, forsitan aliis negotiis occupati, talismodi decimas vinorum - - - ex vineis praedictis per tritium post notificationem ipsis factam deferre non possent, tunc iidem Inhabitatores, et populi predictorum oppidorum, villarum, et possessionum - - - malignitate ducti asserentes se vasis eorum, pro propriis eorum negotiis expediendis indigere, statim huiusmodi Mustum decimae, ex vasis eorum, seu doleis effunderentur, in terram, quod utique in magnum damnum dictorum Dominorum de Capitulo, singulis annis, imo verius in dispendium salutis animae, dicti vestri Genitoris cedit satis grande. Verum quia non est licitum, neque conveniens, ut huiusmodi, absurdi, contra laudabilem consuetudinem solutionis decimarum, per praefatum quondam Genitorem vestrum instituti, et adinventi (abusus) in desuetudinem, seu usum perversum deducantur, per hosque modos ipsae decimae seu proventus decimales - - - in Patrimonium crucifixi Ecclesiae Dei, eorundemque Ministris deputati, diminuantur, ideo saluti ipsius Vestri Genitoris, qui inconsulte, et minus licite praenarratam desuetudinem adinventisse perhibetur, providere cupientes sicut nec velle debemus praenolentesque factos Dominos de Capitulo, in dictis eorum decimis, praemisso modo

dam-

damnum, et diminutionem pati quoquomodo, volumus, et vestrae Fidelitati firmiter praecipimus et utique aliud habere nolentes, - - - mandamus, quatenus habita praesentium notitia, alio etiam Mandato Nostro superinde non expectato praedictis populis et inhabitatoribus predictorum oppidorum, villarum, et possessionum - - - aliisque cuiusvis status hominibus, vineas, in eorundem Promontoriis tenentibus, firmiter, et districte Verbo nostrae Majestatis committatis, quibus et nos praesentium serie committimus firmissime Regiis in mandatis - - - ut iidem, a modo, in antea, contradictione sine omni, ad primam consuetudinem, quae in solutione, et administratione ipsarum Decimarum, usque ipsius commissionis praenarrati Genitoris Vestris observata fore asseritur, revertentes, Decimas Vinorum ex ipsorum vineis in promontoriis praedictis adjacentibus procreandis - - - dictis Dominis de Capitulo provenire debentes, ad loca Foliatorum per Dominos de Capitulo, aut eorum decimatores, in faciebus jam tactorum oppidorum, villarum, possessionum juxta predictam antiquam consuetudinem apportare, et eisdem Dominis - - - de Capitulo et suis decimatoribus extradare - - - modis omnibus debeant et teneantur alioquin tales et rebelles huiusmodi Nostra Regalia Mandata contra praenarratam antiquam consuetudinem - - - infringere - - - ausu temerario attentantes per eorum incommoda, et gravamina ad eo observanda arctius compellatis, et adstringatis, Nostra Regia auctoritate vobis praesentibus in hac parte attributa mediante. Et hoc idem Commissarius Egregio Lorando Lépes de Vár-Kezy Vice Vajvodae, ac Castellanis, et Vice Castellanis Vestris, in dicto Castro nostro Kykellewár nunc constitutis, ac futuris Vajvodis, Vice Vajvodis, nec non Castellanis, et Vice Castellanis quibuscunque in praedicto Castro Kykellewár constituendis inconcussis, et inviolabiliter observari, et aliud sub obtentu nostrae gratiae nequaquam facere ausuri in praemissis, nec audeant modo aliquali praesentibus per lectis exhiben-

*ti restitutis Datum Senis Civitate nostra Imperiali partium Italiae in Fests B. Bartholom, Apost. A. D. M. CCCC. XXX secundo Regnorum nostrorum Anno XLVI. Romano XXIII. et Bohemiae tredecimo.*

## I 434.

LADISLAUS de Csák Vajvoda Transilvanus, idem mandatum ejusdem Regis, per Honorabilem Dominum Ladislaum Szilvási Canonicum Capituli Eccles. Transil. in sua, et Dominorum de Capitulo personis sibi expositum transponit, et transcribit, in Thalmács A. D. 1434. Circumspectis Viris Universis, et singulis Senioribus, Villicis, ac aliis Saxonibus, in Oppido, Villis, ac Possessionibus ad Castrum Küküllövár spectantibus, et Vineas in Promontoriis Oppidi ejusdem (unde patet Küküllövarinum illo aevo Oppidum fuisse) habentibus ac tenentibus. Fasc. 3. n. 9.

## I 435.

SIGISMUNDUS Rex Committit Magnifico Ladislao de Csák Vajvodae, et Lorando Lépes Vice Vajvodae, Transilvanis, ad expositionem Honorabilium Virorum Antonii Siculi (Szekely) et Ladislai Canonicorum Ecclesiae Transilvaniae in ipsorum, ac totius Capituli ejusdem Ecclesiae nominibus factam super eo: quod Nicolaus de Gerend, et Nobiles de Hadrew, quamdam viam justam in rectam de Oppido Buza vocata prope Possessionem Egerbegy, ad tributum eorum in Praefata Possessione Hadrew exigi solitum directe tendentem, pro injusta, obliqua, et indirecta via interpretaentes, Jobbagationes ipsius Capituli, ipsam viam peragrantes diversimode impedirent - - - ac rebus,

rebus, et bonis ipsorum spoliarent. Committit, ut in rei veritatem sedulo inquirant, eaque comperta alio suo Mandato non expectato Jobbagationibus de praedicto Nicolao de Gerend, et Nobilibus de Hadrew meri Juris, et Justitiae complementum procurent, et impendant, committantque iisdem verbo suo regio, et injungant iisdem, ne praetactos Jobbagationes Capitulares in via praenotata damnificare praesumant, contrafacientes autem ad observantiam hujus Mandati Jure mediante, ac Armis etiam, (forte vel Gentem Comitatus, vel Militare brachium intelligit) Compellant, et ad stringant Datum Posonii Feria - - - A. D. 1435. Fasc. 2. n. 22.

## I 437.

LORANDUS LÉPES de Város Kérsi, nec non Demetrius de Páán Vice Vajvodae Transilvaniae referunt Sigismundo Regi, quod Causam, in qua Nobilis Domina Anna Nicolai Filii A-pa de Alma-Kerek Consors Sibimetsi, Portionem Possessionariam Váradya vocatam, per Petrum Chorosz de Pappalva, ac Religiosum Virum Fratrem Aegydius Presbiterum Consotium Conventualem Conventus de Klus-Monostra, recaptivari, et statui facere voluisset, huic vero recaptivationi Blasius dictus Kakas Villicus in eadem Váradya, in Persona Honorabilis Capituli Ecclesiae Transilvaniensis contradixisset, ideoque ad reddendam contradictionis rationem idem Capitulum, ad octavas Judiciorum evocatum, tunc medio Nicolai Decani Canonici ejusdem Ecclesiae dilationem ad alias octavas obtinisset, tunc vero Antonius - - - Canonicus dictae Ecclesiae in persona ipsius Capituli respondisset, pro eo factam fuisse Contradictionem, quia medietas dictae Possessionis Váradya idem Capitulum



concerneret, haberetque idem superinde instrumenta vigorosa eandem inquam Causam contra idem Capitulum decisam, *Andrea Archidiacono de Thylegd, Decano, et Canonico dictae Ecclesiae* appellante, in praesentiam Regis, et Praelatorum, ac Baronum ipsius transmiserit. A. D. 1437. Fasc. 2. n. 3.

## I 4 3 9.

Idem Capitulum Ecclesiae Transilvan. testatur, quod providus Vir, *Josephus Hospes de Tövifs*, in sua, ac *Elenae* Consortis suae, Filiae, vero quondam *Petri Sartoris* (seu *Szabo*) Albenfis, nec non Filiorum suorum, et Filiarum suarum, personis confessi sint, quod ipsi Domum seu Fundum ipsorum, a praefato quondam *Petro Sartore* devolutam, in Castro Albenfi, penes portam Civitatis, qua itur ad Forum versus Civitatem situatam, et adjacentem, cum omnibus suis utilitatibus, et specialiter puteo ad ipsum pertinente, discreto *Viro Michaeli Presbytero* Rectori Hospitalis, dictae Civitatis Albenfis, pro 20. florenis auri plene exolutis vendidissent cum evictione. A. D. 1439. Fasc. 5. n. 17.

## I 4 4 0.

Conventus Monasterii de Colosmonoftra testatur: quod providus Vir *Joannes Familiaris Honorabilis Viri Domini Demetrii Praepositi Ecclesiae Albenfis Transilvan.* in persona Honorabilis Capituli ejusdem Eccl. in ipsius praesentiam, Regiam et Reginalem Majestatem, a Donatione, et Collatione Possionum *Tinod*, et *Bolgur Cserged* vocatam, Comit. Alben. existentium. Magnificum vero *Deseu de Lofoncz Vajvodam Transilvanum*, et *Comitem de Szolnok*, nec non *Joannem de Hunyad*.



*nyad* et alios quoslibet, ab earundem sibi ipsis conferri procuratione, seque in Dominium earundem intromissione, usuum, fructuum, et quarumlibet utilitatum earundem perceptione quomodolibet factis, vel fiendis prohibuerit Lege Regni requirente. Dat. A. D. 1440. Fasc. 2. n. 29.

## I 4 4 2.

*JOANNES de Hunyad*, Possessiones *Bolgár Cserged, Diomál*, et *Tinod* confert, et *Donat* private Capitulo Albenfi in haec digna lecta verba. Fasc. 7. n. 3.


*JOANNES de Hunyad*, intercaeteros honores *Vajvoda Transilvanienfis*, ac *Comes de Szolnok* memoriae commendamus . . . *Universis*, quod cum illa sint in cordibus nostris potiora, illa imprimis obtutibus gratiora, per quae Deus laudatur, trames Iustitiae colitur, et Respublica fovetur, tunc enim Deum rite laudare, et ejus Iustitiam colere, et Rempublicam confovere videmur, cum pro caeteris nostris actionibus salubrius, *Ecclesias Dei Gloriosi*, et *Venerabilium Sanctorum suorum*, unde salus omnium desluit, juxta nostri Honoris, et officii exigentiam confoveremus, ac in suis Juribus, et libertatibus conservamus, atque efficienda ex speciali mentis nostrae desiderio pia consideratione, totis viribus anhelamus, ut quae per fructum boni operis seminamus in terris, cum multiplicato fructu, recolligere valeamus in Coelis. Hinc est, quod Honorabiles Domini, *Georgius Cantor*, *Andreas Archidiaconus de Tylegd*, et *Antonius Siculus Decanus*. *Canonici dictae Ecclesiae Transilvaniae* tam ex parte ipsorum, quam aliorum *Canonicorum ipsorum*, et per consequens *Ecclesiae ipsorum Cathedralis B. Mich. Archangeli Alben. Transilvan.* dum nos feria 4-ta . . . disponente Domino, in Oppido *Thor-* *densi* fuisset constituti, nostram venientes in praesentiam, nobis exponere, et declarare curaverunt, quomodo praedicti Domini de Capitulo,



io, et consequenter Ecclesia ipsorum praenotata, circa quasdam Possessiones, videlicet Bolgár Cserged, Diomal, et Tinod in Comit. Alb. existentes, nostro per decessum quondam Michaelis filii Ladislai de Diogh, donationi, seu collationi Reginalis Majestatis, nec non Illusterrimi Principis Domini Uladislai Regis Hungariae. Poloniae & Domini Nostri Gratosissimi apud manus nostras - - - existentes, ab antiquis temporibus, plenum et efficax Jus habuissent, et haberent de praesenti. Super quibus ibidem, et in continenti certas litteras, ac Privilegia nobis exhiberi procurarunt, supplicaverunt, itaque nobis, ut nos praedictas Possessiones, ipsis, Dominis, et Ecclesiae ipsorum, intuitu nostrae salutis, et quondam Egregii Joannis minoris de Hunyad, Militis Militum Fratris nostri Charissimi, in actu Reipublicae in Partibus Transilvanis defuncti, et in Praedicta Ecclesia B. Mich. Arch. tumulati animae refrigerio remittere, et declarare dignaremur, in ejus recompensationem praedicti Domini disposuissent inter se pro salute quidem nostra, et dicti fratris nostri Charissimi stipendiis spiritualibus occurrere. Nos itaque attentis praedictorum Dominorum hujusmodi expositionibus - - - nobis factis visisque praedictis literis, nec non Privilegiis eorundem - - - continentisque earum sane intellectis, pia grata, et salubri, meditatione considerantes, quod praedicti Domini de Capitulo, et consequenter Ecclesia ipsorum B. Mich. Arch. praenotata, circa praenotatas Possessiones plenum, et efficax Jus habere dinoscerentur, haec itaque consideratione, nec non propriae, et dicti quondam fratris nostri Charissimi salutis intuitu, et contemplatione, ex eo etiam, quod praehabitus frater noster - - - In praenotata Ecclesia - - - extitit tumulatus, et nos Ipsi etiam, in eadem inspirante Domino elegimus sepulturam, habita superinde, cum Praefatis Dominis de capitulo tractatibus contractibusque actis positionibus salutaribus infra scriptis praedicta



praedictas possessiones Bolgár Cserged, Diomal, et Tinod, simul omnibus earum utilitatibus, et pertinentiis quibuslibet, - - - terris (etc ut stylus habet) omni eo Jure, quo per priores earundem Possessores a dudum, per nos vero hactenus, usque modo, usae, tentae sunt, et fuerunt - - - totis etiam et comitis Juribus, quae circa easdem habuimus - - - Ecclesiae B. Mich. Arch. - - - et per consequens Capitulo, et solis duntaxat Dominis Capitulo Eccl. praenotatae successoribus eorundem Canonorum - - - in Laudem, et gloriam Divini nominis et B. Mich. Arch. - - - cujus Patrociniis ne dum in terris, verum etiam in Coelsti Hyerarchia speramus confoveri, remisimus, et relaxavimus, imo dedimus, donavimus, et contulimus - - - Jure perpetuo, et irrevocabiliter - - - Tali tamen conditione, - - - quod praedicti Domini de Capitulo, et eorum successores in recompensationem, certis Missarum Officiis, sive Celebrationibus, perpetuis temporibus, puta pro singulis diebus Sabathi, in specialem honorem, et condignam laudem, et memoriam Genitricis Dei Virginis illibatae, singulis vero feriis secundis pro animabus Fidelium Defunctorum, singulis autem Feriis quartis singularum Hebdomadaram, in honorem, consolationem Spiritus S. Paracliti corda fidelium suorum ignis sui illustratione faecundantis, singulas Missas, vocali modulamine decantari facere, aliis quippe singulis Diebus, tam festis, quam feriatis singularum Hebdomadaram, successivis temporibus, semper in futurum Fide Christi in Ecclesia Dei perdurante, singulas Missas pro Defunctis super altare B. Cosmae, et Damiani M. M. in annotata Ecclesia Transilv. Constructo, cum eorum propriis, et specialibus Officiis, horis suis debitis, legi et celebrari facere debeant - - - et sint de facto obligati - - - Hoc etiam specialiter declarato, quod si temporum in processu, Nos, aut nostri successores annotatos Ecclesiam, et Dominos, ac eorum successores in pacifico Dominio earundem Possessionum - - - pro ut praesentibus spondemus, tenere.




tenere non possemus, et conservare, aut quoquo sub praetextu easdem  
 - - - de annotata Ecclesia et Capitulo - - - contingeret alie-  
 nari, ex tunc nos, et nostri Haeredes, et successores aliam, vel ali-  
 as possessiones dictis possessionibus in utilitate, et commoditate, et quo-  
 libet valore aequivalentes, - - - ipsis dare et conferre simus, at-  
 que sint obligati - - - Datum - - - A. D. 1442.

## 1446.

Praepositus Ecclesiae Albenfis, ratione certorum suorum  
 Proventuum componit amicabiliter cum suis Con Canonicis, se-  
 quentem in modum:

In Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis Ejusdem  
 1446. Indictione IX. Die vero Mensis Januarii 4-a decima, hora  
 summae Missae, Pontificatus Sacratissimi in Xto Patris, et Domini  
 nostri Domini Eugenii Romanae, et Universalis Ecclesiae Praepositi  
 Anno ejus sedecimo in Sacristia Cathedralis Ecclesiae, ad honorem  
 B. M. Arch. Alb. Gyulae constructo, et fundatae, ut puta in loco pro  
 actibus Capitularibus apto, in mei Notarii Publici, Testiumque infra  
 scriptorum, ad hoc vocatorum specialiter, ac requisitorum praesentia  
 personaliter constituti, Venerabiles, ac Honorabiles Domini Andreas  
 Praepositus et Canonicus, ante fatae Ecclesiae Transilvaniae, nec  
 non Universi Domini Canonici, qui eo tunc in Capitulo Dictae  
 Ecclesiae praesentes aderant, per eosdem Dominos Andream Praepo-  
 situm - - - et - - - ad Canonicos propositum exstitit eo mo-  
 do: Quomodo licet inter dictum Dominum Andream Praepositum,  
 uti Actorem, et Principalem ab una, et memoratos D. Canonicos, ut  
 in Causam attractos - - - ab altera partibus, in praesentia Ve-  
 nerabilium Dominorum Alberti de Vethés Albenfis, et Petri de  
 Gúd sedium Archidiaconorum, per Reverendum in Xto Patrem, et  
 D.



D. D. Mathaeum, Divina Providentia, et Apostolicae Sedis Gra-  
 tia Ecclesiae Transilvaniae - - - Electum confirmatum (i. e. E-  
 piscopum) Judicum et Legatorum (i. e. Judicum per illum de-  
 legatorum) quaedam Litis, seu contraversionis materia praetextu  
 Tertiaram, ex majoribus decimis in sede (est tamen Comitatus)  
 Küküllő habitis, dicto D. Andrae Praeposito - - - singulis annis  
 proveniendarum - - - mota exstitisset, et aliquamdiu ventillata,  
 tamen annuente Deo pacis auctore per compositiones, et ordinationes  
 bonorum proborum Virorum ut partes memoratae evitando Licium  
 amfractus se ipsos in pulchritudine pacis possent conservare, ut chari-  
 tas inter eos seminata vicissitudine mutua posset fortiter colligari, in  
 talem pacis, et concordiae devenissent, imo coram me notario infra-  
 scripto, et Testibus devenerunt unionem; Quod memoratus D. An-  
 dreas Praepositus - - - pro totale suarum Tertiaram fructu. ex  
 decimis antelatis annuatim sibi proveniente, portiones - - - me-  
 moratorum Dominorum Canonicorum excepta Tertia Praepositi, in  
 possessione Burd, habitas, ac Duas partes 64. Flor. Auri a montanistis  
 - - - in existent. et commorant. Circa festum B. Georgii M.  
 pro censu ejusdem singulis annis solvere solitorum, quae Duae partes  
 similiter antelatos - - - (suple Dominos Canonicos) et Tertia  
 pars propositum protempore constitutum contingeret, nec non quandam  
 Summulam, lavaturae Urburae auri in Possessione - - - et  
 pertinentiarum ejusdem, qua singulis annis ex inde praevenire contin-  
 gentem, quorum omnium praemissorum Duae partes praelibatus Domi-  
 nos Canonicos, et Tertia - - - constitutum (supple:  
 Praepositam) concernerent, vita sibi comite percipere deberet, cede-  
 rentque in usum dicti Domini Andrae Praep. contradictione aliqua  
 non obstante - - - interjecto: quod si qua partium praedicta-  
 rum in processu temporum praenotatam Causam taliter, ut praemissum  
 est complanatum - - - de uno - - - vel extra move-




re intenderet, ex tunc talis pars contra alteram in mille florenis auri puri convinci deberet eo facto. Et sic eis depositis ipsam materiam praemissum est sopitam movere, et eandem possit, et Liberam obtineret facultatem. Ad hoc praemissae partes sponte se obligarunt Testibus infra scriptis. Qua propositione sic habita Antelatus D. Andreas Praepositus, me Notarium infra scriptum debita cum Instantia requisivit publicum seu publica conficerem Instr. seu Instrumenta, quod et feci meo Officio id requirente. Acta si haec, et facta Anno, Indictione Pontificatus, et loco quibus supra, praesentibus ibidem Honorabilibus, et Discritis Viris Dominis Valentino de Szilväs Thordensi Archidiacono, Gregorio - Nicolai Confessoris Capellae Petro S. Ladislai, Thomae. S. Crucis altarium Rectoribus, Diaecesis Transil. Clericis Testibus, ad praemissa requisitis. Idem ego Abraham natus, Joannis de Suk, Clericus Diaecesis Transilvan. publicus Sacris Apostolica, et Imperiali Authoritatibus Notarius, Cum in praemissis compositione, ordinatione, et Complatione, requisitorum Testium productione, aliisque omnibus, et singulis, cum, sic, ut praemittitur fierent, et agerentur, una cum nominatis Testibus, praesens interfui, eaque omnia et singula vidi, et audivi, praesensque publicum Instrumentum ex inde confectum, manu mea scriptum notavi, et publicavi, signoque et nota solitis, et consuetis consignavi rogatus, et requisitus in fidem et Testimonium omnium et singulorum praemissorum.

I 4 4 7.

Conventus Monasterii B. M. V. de Colosmonstra refert de eo: quod postquam recepissent Litteras Statutorias sequentes: Fasc. 5. n. 31.

JOAN-



JOANNES de Hunyad Regni Hungariae Gubernator, Honorabili conventui - - de Clusmonstra salutem - - Cum nos passio- ni, Donationi, et Perpetuationi, quarundam Possessionum Bun in de Küküllö, ac Spring, Drafsó, Nagy-falu, Kakova, ac Kis-Sebes vocatorum cum suis pertinentiis in Albeni partium Transilvanarum Comitatus existentium alias per Michaellem Filium Salamonis de Fejér-egyház in praesentia Vestri, Honorabili Capitulo Ecclesiae Albeni Transil. consequenterque eidem Ecclesiae, ex consensu Domini Regis, de quo et nos sane recordamur, ut dicitur in perpetuum factis, Auctoritate Gubernationis nostrae, consensum nostrum per Alias Litteras nostras ex inde confectas praebuerimus, velimusque vigore huiusmodi consensu nostri, praefatum Capitulum - - in Dominium earundem - - legitime facere introduci. Igitur Honorabilitatem Vestram praesentibus requirimus - - quatenus Vestrum, mittatis hominem, quo praesente Paulus Burján de Péterfalva, vel Petrus de Szancsal aut Lucas de Szökefalva, sin Ladislaus de Gáld, seu Urbanus de Gáltö, sive Martinus, neve Emericus de Eadem an Benedictus de Béld, ceu Thomas de Fahid - - homo noster Regius - - introducat Capitulum praefatum - - in Dominium earundem, (caetera ut Stylus habet) Datum in Enyed - - Anno D. 1447. Ex tunc cum Ladislaus de Gáld, unum de suis Religiosum virum, Fratrem Emericum Socium suum ad praemissa peragenda transmississent, ii vero inde reversi retulerint, quod cum eidem statuti incubissent in Possessione Bun, statuti suam nullo Contra dictore apparente peregerint, statuti vero ipsorum ejusmodi in Spring, Drafsó, Nagy-falú, et Kis Sebes. Stephanus de Huzyrotelek (forte Hofszütelek) et Martinus de Gáltö in personis Demetrii de Gáth, ac Joannis Geréb de Vingárd, ac Stephani, Laurentii, et Petri filiorum ejusdem Joannis, nec non Joannis et Nicolai, filiorum

M 3

Nicolai



Nicolai, de eadem Vingárh, ipsis Contradictionis velamine obviassent  
 - - - Datum A. D. 1447. Fasc. 3. n. 32.


### I 4 4 8.

MARCUS de Herepe et Georgius de Balu, Vice Vajvodae Transilvani, committunt Conventui de Colosmonoftra, Honorabiles Dominos de Capitulo Eccl. Alb. Transilv. in Possessionum Spring, Draszo, Nagy-falu, Kákova, Kis-Sebes et Váralya Mexö, per Magnificum Virum Michaelem filium Salamonis de Nádasd, eidem Capitulo Collatarum, per Joannem Gereb de Vingarth, vi, et potentia contra Andream Praepositum, Stephanum Archidiaconum de Telegd, et Magistrum Dominium, illarum ingredi volentes opposita impeditam. Dat. in Sz. László, Feria - - - A. D. 1448.

### I 4 5 I.

Abbas de Clusmonoftra, Auctoritate Apostolica sibi delegata Praepositum Albensem condemnat, et sub conditione excommunicat, in hoc scripto: Fasc. 5. n. 23.

ANTONIUS Abbas Monasterii B. M. V. de Clus-Monoftra, in Causa apellationis inter Partes infra scriptas Judex, a Sede Apostolica Delegatus, Honorabilibus, et Discretis Dominis, de Miriszló, de Enyed majore, et minore, de Orbo, de Tövis, de Sz. Imreh, de Borbánd, de Kis-falud, de Sárd, de Icen, de Karkó, de Alba Gyula, de Borberek, de Vintz inferiore, et de Sebefs Ecclesiarum Plebanis. Item B. Dorotheae Virginis, et M. B. Catharinae V. et M. B. Laurentii M. B. M. V. S. Ladislai Regis, S. Mich. Archang. majoris et minoris, S. Martini, Atarum Rectoribus - - - in Ecclesia Transilvana, Ludovic,



vico, dein Petro, Stephano, dein Sebastiano - - - Archidiaconorum de Czd, Küküllö, et Thylegd Capellanis, vobis sincere dilectis salutem, mandatis nostris, imo verius Apostolicis firmiter obediendi - - - quod nos ex delegata a Sede Apostolica Potestate, quamdam Sententiam pridem per Honorabilem Dominum Andream de Ranotz custodem Canonicum et - - Ecclesiae Batsiensis, et Causarum Auditorem pro parte Domini Andrae Praepositi dictae Ecclesiae Transilvanae, contra Capitulum, et Canonicos Ecclesiae ejusdem, secundo Die Mensis May, prolatae, et contra Juris Sanctionem, fulminatam infirmavimus, invalidavimus et annullavimus, dictumque D. Praepositum, ad solutionem poenae, in Instrumento ultimae compositionis contentae, videlicet 25. marcarum argenti, in expensis etiam legitimis, damnis, injuriis, et nocuentis condemnavimus nostra definitiva sententia mediante, cumque sententia inter Partes, quas profertur, lata est, judicat, (obscurus est sensus) frustra autem Jura conduntur si non est qui manuteneat ea, nos sententiam nostram manuteneat vobis, et vestrum cuilibet insolidum, qui praesentibus fueritis requisiti, conjunctim vel divisim, in virtute Sanctae obedientiae, et sub excommunicationis poena, quam, Contemptorum, praesen - - - pronunciamus Apostolica - - - quatenus accedatis, aut accedat alter vestrum, et nullus per alium se excusare, aut alium in executione hujusmodi expectare debeat, et praenotatum D. Andream Praepositum, publice et manifeste, si ejus personalem praesentiam habere poteritis, si eundem personaliter habere nequiveritis, saltem ipsum de Valvis Ecclesiae Transilv. aut in sua Domino, seu habitatione, vel in suae habitationis porta, ut adnotitiam ipsius devenire possit, admoneatis, et inducere debeat alter vestrum, quem et nos serie praesentium admonemus, et inducimus, ut ipse, intra sexaginta Dierum spatium, ab harum emanatione computandum, quarum sexaginta Dierum 20. pro primo, alias 20. pro secundo, reliquis





liquas vero, et ultimas Dies, pro tertio et peremptorio termino, Canonicaque monitione, praemissis eidem praefigimus, et assignamus, de et super 25. marcis argenti, in ipso instrumento contentis, Capitulo, et Canonicis Eccl. memoratae, omni dilatione postergata, omnimodam impendat satisfactionem, atque alias amicabiliter componat cum eisdem. Qui si fecerit, bene quidem, alioquin toties, quoties ex parte Capituli et Canonorum - - - fueritis - - - requisiti, in vestris, et Circumjacentibus Ecclesiis, intra Missarum et Vesperarum sollemnia, publice denuntietis, excommunicatum, et excommunicetis, quem et nos pro tunc excommunicamus his scriptis (acerba sane, et forte etiam indigna, et immoderata, adversum unum Capitularem Praepositum, intentatio, pro 25. marcarum interesse) tamdiu ipsum excommunicando, et eam continuando, donec ad praemissa compellatur - - - Executionem vero praemissorum - - - nobis poena sub praemissa faciatis. Datum - - - 24. die Mensis Martii A. D. 1451.

### I 4 5 3.

Conventus B. M. V. de Colosmonoftra refert, Egregiis Viris Georgio Filio Rikalf de Tharkeu (i. e. Tarkö) Branislao de Stybo, Vice Vajvodis Transilvanis, quod statutionem Capituli Alb. Eccl. Transil. in Dominum Possessionum Bun., ac Spring, Drasso, Nagy-falu, Kákova, et Kis-Sebes vocatarum, alias per Michaglem Filium Salamonis de Fejer Egyház, ipsi Capitulo, ex legitimo consensu Regio Testamentaliter Legatarum, per illius Conventus Religiosum Fratrem Dominicum Sacerdotem Socium conventualem, una cum Elia Sülyei de Gál-tö, et Petro de Szantsal, tentatam, Thomas de Fahid, in personis Egregiorum Joannis Geréb de Vingárth, et Filiorum ejus, i-  
tem.



tem Demetrii de Gáthi, Dominorum suorum, nec non Mysner de Monyoros, in personis Magnifici Deseu (Desö) de Losonez, ejusque Filiorum suorum scilicet Dominorum, Contradictione impederint. A. D. 1453. Fasc. I. n. 37.

Eodem Anno, Joannes de Hunyad, Comes perpetuus Bisztriciensis, supremus Capitaneus Regiae Majestatis in Regno Hungariae Constitutus, Nobilibus Viris Nicolao Bala, Antonio de Bázna ac Thomae, - - - - Dicatoribus, et Exactoribus proventuum quinquagesimalium, in partibus Transilvanis, praecipit severe, et Committit, ne a Jobbagionibus Capituli Ecclesiae Transilvaniae, quinquagesimas exigant, quod illi tali gaudeant praerogativa, ut ad nullam solutionem, proventuum quinquagesimalium obligentur. Datum in Kolosvár. A. D. 1453.

### I 4 5 8.

MICHAEL SZILÁGYI, Hungariae Gubernator prohibet, a Jobbagionibus Capituli Valachis, quinquagesimam exigere, hoc tenore.

MICHAEL SZILÁGYI de Horogszeg, Regni Hungariae Gubernator, Egregio Joanni Geréb de Vingárth Vice Vajvodae Transilv. salutem et Honorem. Quae malmolum aliis nostris Litteris mediantibus Vobis scripsisse recolimus in eo, ut proventus quinquagesimales Fisco Regio provenire debent, juxta indulta Dominorum Regum, et Spectabilis ac Magnifici Domini Joannis de Hunyad, Gubernatoris Regni Hungariae a populis, et Jobbagionibus Valachibus Honorabilis Capituli Eccl. Alb. Transilv. exigere, et exigere facere, nequaquam praesumeret, sic et praesentibus in persona Regiae Majestatis, et auctoritate Gubernatoratus, strictius mandantes

N.

Com.




Committimus, aliud habere nolentes, quatenus hujusmodi proventus quinquagesimales Fisco Regio provenire debentes, memorato Capitulo - -  
 - - exigere, extorquere, exigique facere, aut eosdem - - - imp-  
 - - pedire, molestare, perturbare nusquam, et nunquam praesumatis, -  
 - - Datum in Lippa Sabbat - - - A. D. 1458. Fasc. 7.  
 n. 4.

## I 4 6 1.

MATHEAS Rex Hungariae, etc. Vajvodis Partium Transilvanarum Committit, ut quia *Venerabilis Gothardus Praepositus Ecclesiae Albensis Transilvaniae*, sua, et Honorabilis Capituli ejusdem Ecclesiae, in personis, exposuisset; quod alias dudum quaedam particulae Terrarum ejusdem Ecclesiae *Tinod* vocatarum, Comitatu Alb. existentes e manibus ejusdem Praepositi et Capituli, ad Possessionem ipsius Regis *Diod* vocatam, occupatae fuissent, esto quondam Illustris Princeps, Dominus *Joannes de Hunyad Vajvoda Transilvanus*, Genitor suus charissimus (*Principem vocat, non quod is reipsa fuisset, sed relate ad Regalem suam Dignitatem,*) hujusmodi Terras, vis is Juribus praetactae Ecclesiae, eidem remisit, et omne Jus suum, si quod in iis habuisset, ipsi Ecclesiae, cum certis limitationibus metarum donasset, ideo iidem Vajvodae, Jus istud Capituli diligenter exquirant: et Comperta expositionis veritate, ulteriori mandato non expectato, eandem Terram Capitulo restituant, et in Dominio earum Capitulum contra quosvis Impetitores manteneant. Datum *Badae Feria* - - - A. D. 1461. Fasc. 1. n. 41.

Eodem Anno Conventus B. M. V. de Colos-Monoftra, Magnifico *Sebastiano de Regen Vajvodae Partium Transilvanarum* refert, quod ad praemissam Juris Capituli exquisitionem,  
 juxta



juxta mandatum illius, emiserit *Religiosum Virum Fratrem suum Conventualem Petrum, Custodem Ecclesiae suae*. Ille vero una cum Magnifico *Sebastiano Vajvoda*, et Egregiis Nobilibus *Joanne Gereb de Vingarth, Nicolao Semen de Vizakna, Martino de Ikod, Antonio Filio Deseu de Patha, Michaela de Gerend, Joanne Filio Gdl, Nicolao Filio Secti de Hexna, Stephano Kemény de Gyerö Monoftra, Benedicto Lenye, Gyula de Szent Király, Veritatem Juris Capituli in eandem Terram Tinod comperissent, et ideo eam eidem restatuisset: Fasc. 1. n. 42.*

## I 4 6 2.

Capitulum Ecclesiae Transilvaniae testatur, quod *Venerabilis Dominus Gothardus Praepositus Ecclesiae ipsorum, ac Nobilis Georgius Frater Patruelis ejusdem de Rapold*, in praesentia ipsorum non coacti, nec compulsi, sed spontanea eorum voluntate Confessi extiterunt, in eum modum, quomodo ipsi ob singularem devotionem, et speciale refugium, quod ad Beatos Gothardum Episcopum, ac Georgium Martyrem luculenter haberent quorum precibus, et intercessionibus, nec in terris, verum etiam Coelestibus possent confidere, ad honorem dictorum Sanctorum, unum Molendinum ipsorum in Possessione *Bokay* vocata in Comitatu Alben. exist. super rivulo scilicet, dictae Possessionis decurrente, ipsos jure haereditario concernens, simul cum cunctis utilitatibus - - - Altari praedictorum gloriosorum Sanctorum, in dicta Ecclesia fundato, et per consequens, Rectori ejusdem - - - dedissent - - - et assignassent jure perennali, et irrevocabiliter tenendum - - - et possidendum, nullum Jus etc. (*ubi stylus habet*) Datum in Festo - - - A. D. 1462. Fasc. 2. n. 46. N. 2. Eodem



Eodem Anno Mathias Rex, Committit Satisfieri Capitulo eidem, pro occupatis Decimis inferis in haec verba:

MATHIAS D. G. Rex Hungariae etc. *Fideli nostro Agili Viro Valentino Siculo (hungaricae Székely de Hidvégh salutem et Gratiam. Exponitur Majestati Nostrae in persona Fidelium Nostrorum Honorabilis Capituli Eccl. Alb. Transilv. per modum gravis querelae, quomodo in anno, cujus nondum praeterisset revolutio, Castellani Castris Theocz, (forte quod hodie Töres audit) quasdam Decimas ipsius Capituli de Possessionibus Hidvégh ac Arapataka, ipsi Capitulo more alias consueto provenire debentes, ex inductione, et instigatione tua, pro se ipsis occupassent, et recepissent, pro quibus nulla eisdem hactenus fuisset satisfactio facta et exhibita. Et quia nos volumus, ut praefato Capitulo pro dictis Decimis modo praemisso in Anno proxime transacto, per dictos Castellanos, ex inductione tua occupatis plena satisfactio per te impendatur, ideo fidelitati tuae harum serie . . . mandamus aliud habere nolentes, quatenus receptis praesentibus, nullis aliis Litteris, at mandati Nostris superius expectatis . . . super occupatione dictarum Decimarum, annotato Capitulo satisfactionem plenam impendere debeas, . . . de caetero quoque Te al easdem Decimas intrmittere nullatenus praesumas. Alioquin Commisimus . . . Fideli nostro Magnifico Joanni Pongrácz de Dengelegh Vajvodae, ac Comiti Sicularum Nostrorum, ut ipse te al praemissa facienda per omnia opportuna remedia arctius Compellat, et astringat . . . Datum Budae . . . A. D. 1462. Fasc. 6. n. 45.*

1464.

MICHAEL de Debrethe Notarius Capituli Eccles. Transil. fatetur, et recognoscit, quod Honorabilis Dominus Joannes Archidia-



Archidiaconus de Ugocsa (pertinebat ut patet, illa tum ad jura Spiritualia Transilvanica) Canonicus et Decanus Ecclesiae praedictae Transilv. in Festo Purificationis V. M. in domo habitationis suae, ad rata Capituli Ecclesiae praedictae, pro salario suo annuali, nimirum anni proxime praeteriti, solvit florenos auri puri 20. In cujus Testimonium praesens Chyrographum suum eidem Domino Joanni Archidiacono assignavit. Datum Albae Die 2. . . . loco in praedicto A. D. 1464. Praesentibus ibidem Dominis Georgio Plebano de Colosvár, Joanne sub custode de Jánk, Vice Archidiacono dicti Domini Joannis Archidiaconi, Lalthasare Capellano dicti Domini Gregorii Plebani de dicta Colosvár. Fasc. 4. n. 12.

1466.

JOANNES Comes de S. Georgio, et Bozin, Vajvoda Transilvanus, et Sicularum Comes, testatur, quod Honorabiles Viri, Jacobus Archidiaconus de Krasna, et Michael Szekel, Canonici, et Decanus Ecclesiae Alben. nomine et in persona Honorabilis Capituli Ecclesiae ejusdem, per modum protestationis significaverint; quomodo quam plures forent homines, Jobbagiones videlicet Martini de Nagylak, qui Vineas eorum in montibus, seu Terris dicti Capituli, in territorio Possessionis praedictae Nagylak, existentibus haberent situatas, de quibus iidem solutione nonarum obligarentur de Jure, et singulis annis vina eorundem, absque quarumlibet nonarum solutione ab hinc deportarent, ex permissione, et voluntate dicti Martini, denique idem Martinus, quoddam suum Molendinum ad quam Morusii (hodie Marusii) in terra praefati Capituli decurrentem, et confluentem statuisset, silvasque ipsius Capituli tam per se, quam Jobbagiones suos, uti, et frui faceret, in ejusdem Capituli



pituli praejudicium, et damnum valde magnum, facta itaque hujusmodi Protestatione, praelibatum Martinum de dicta Nagylak, Coram illo, facie, ad faciem repertum ab omnibus, et singulis praemissis ipsius Capituli Juribus, haereditatibus, in debita occupatione, usum, et fructuum, nec non quarumcunque utilitatum earundem perceptione et percipi factione . . . . prohibuerunt, publice, et manifeste, Coram I. pso. Datum Tordae . . . . A. D. 1466. Fasc. 5. n. 22.

### 1468.

Conventus Monasterii B. M. V. de Colos-Monoftra, refert Magnifico Joanni de S. Georgio, et Bozyn Vajvodae Transilvano, Sicularumque Comiti, quod Litteras illius Inquisitionis receperit in haec verba: *Dicitur nobis in persona Honorabilis Capituli Ecc. Alben. Transil. quod his proximis praeteritis diebus, circa Festum depositionis Beati Regis Ladislai (hodie non amplius est dies ille apud nos in censu Festorum dierum) Magnificus Joannes Pongratz de Dengelegh, missis ac destinatis Castellanis Castris sui Dyog (hodie Diod) vocati, ad propriam Terram ipsius Capituli Thynod vocatam, ab inde faenum cum trecentis Curribus, cum canapo (forte canabo, vel canbé) Jobbationum dicti Capituli deportari, caeteraque faenilia, terra in eadem existentia falcari, et abduci fecisset, in quibus duo millia florenorum auri damnum dictis exponentibus intulisset, potentia mediante (i. e. 2000 florenorum auri damnum) in praejudicium eorundem . . . . valde magnum, ideo suum idem Conventus mitteret hominem pro testimonio fide dignum, qui cum Nicolao de Csekelaka, aut Ladislao, vel Joanne de Kereky, seu Blasio de Csefzve, seu Ladislao de Hofszútélky sive Petro, névé Elia Süllei, an altero Elia su  
autem*



ntatem Paulo Herváth de Gáltó, in facti illius veritatem inquirerent, eaque peracta Inhiberent, memoratos Joannem Pongratz, et Castellanos dicti Castris Diogh, ne de caetero praescriptam terram seu faenile praefati Capituli uti et frui valeant, Dat. Cibinii. A. D. 1466. Idem vero Conventus una cum Elia Sylei de Gáltó suum hominem Religiosum Virum, Fratrem Stanislaum custodem Ecclesiae ipsorum exmiserint, ad eandem Inquisitionem peragendam, easque per ipsos in Congregatione Universitatis Nobilium Partium Transilvanarum Thordae habita, peracta, veram esse deprehenderint expositionem, dempto solum numero praedictorum florenorum auri. Fasc. 5. n. 26.

### 1468.

MATHIAS Rex committit Schismaticis in Transilvania, ut decimas suas Capitulo Albeni solvant hoc tenore:

MATHIAS D. G. Rex Hungariae etc. Fidelibus Nostri, Universis, et Singulis Schismaticis, ubi in Terris Christianorum in Partibus Transilvanis Regni Nostri, commorantibus, salutem, et Grati-  
am. Exponitur Nobis in persona honorabilis Capituli Eccl. Alben: Transilvan. quomodo Vos Decimas, e medio Vestri, ipsi Capitulo, more alias Consueto provenire debentes eidem persolvere recusassetis, recusaretisque etiam nunc in praejudicium ipsius Capituli, et damnum. Et quia Nos volumus, ut hujusmodi Decimae, quae in Patrimonium Christi Ecclesiis dedicatae sunt, per Vos ipsi Capitulo effective persolvantur. Ideo Fidelitati Vestrae firmiter Committimus, et Mandamus, quatenus visis praesentibus, praefatas Decimas e medio Vestri, ut praefertur, annotato Capitulo provenire debentes, eidem, aut hominibus ejus ad id deputatis, plene, et integre reddere, et persolvere debeatis, alioquin commissimus et praesentibus firmiter committimus Fidelibus Nostri Magnificis Vajvodis, et Vice Vajvodis dictarum Partium Transilvanarum regni nostri, ut ipsi Vos, et quemlibet Vestrum, ad  
prae-



praemissa omnia facienda, etiam cum gravaminibus Vestris in talibus fieri solitis, Armis compellant, et adstringant, auctoritate nostra ipsis in hoc concessa mediante secus non facturi praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii. Sabatho proximo post Festum S. Franbisci Confess. A. 1468. Regni nostri undecimo, Coronationis vero 5. Fasc. 2. n. 12.

## 1469.

NICOLAUS Archidiaconus de Küküllö, scribit ad Capitulum, de Castellis Albenfis distractione (quam vocem adhibere videtur pro destructione.)

Venerabiles Domini, et Fratres Nobis Honorandi. V. D. (forte Vestrarum Dominationum, sed hiat sensus pro distractione Castellis Albenfis, apud Regiam Serenitatem toto posse laboravimus, et licet difficulter, tamen ultimam - - - apud suam serenitatem, ut totum Castellum distrahatur, et fossata ejusdem impleantur, per totum, ita supersiat superficies terrae similis - - - Litterasque super distractione ipsius Castellis praefati, propter majorem cautelam extraximus, ne forte imposteram, aliqua gravamina V. D. evenire possint, quas pro 2 florenorum summa redemimus, quas erga manus nostras habemus, pro eo si V. D. pretium earundem remiserint, per Ladistaum, vel - - - vel Jo. Magistrum, tunc ipsas Litteras Vobis remitemus; et certe melius est, ut festinanter remittatis, ut in tempore dictum Castellum (fuerit fortassis Collegium Canonicorum jam vetustum, ac ruinosum) distrahatur, et in nihilum redigatur, et nova omnia ex parte Serenissimi Domini Matthiae Regis - - - praestruenda habeantur. Alia sunt minora, personaliter V. D. declarabimus. Ex Várad, Sabatho - - - A. D. 1469. Fasc. 3. n. 35.

Nicolaus Archidiaconus de Küküllö, Administrator Provinciae Ecclesiae Transilvaniae.

1471.



## 1471.

MATTHIAS Rex committit Decimas Comitatus Hunyadiensis Capitulo Albenfi extradari hunc in modum:

MATTHIAS D. G. Rex Hungariae etc. Fidelibus Nostris Castellanis Castri Nostri Hunyad salutem, et Gratiam. Expositum est Nobis in personis Fidelium Nostrorum Honorabilis Capituli Eccles. Alben. Transilvaniae querulose, quod Vos Decimas ejusdem, eidem de Comitatu Hunyad provenire debentes, quasi sine pretio minus iuste, et indebite occupare consuevissetis, occupareque non cessaretis, propter quas ipsum Capitulum in hujusmodi suis Decimis damnum pateretur non modicum, supplicans idem Capitulum, sibi per Nos superinde opportune provideri. Unde Nos nolentes, ut Decimae ipsius Capituli per quempiam sic indebite occupentur, Fidelitati Vestrae firmiter committimus, quatenus a modo deinceps praetactas Decimas annotati Capituli occupare, aut vos in eandem quoquo modo ingerere nullatenus praesumatis. Et hoc idem injungimus futuris Castellanis dicti Castri Nostri firmiter observare - - - Datum Budae - - - A. D. 1471. Fasc. 6. n. 36.

## 1484.

Magnificus JOANNES Comes de S. Georgio, et Bozyn, Vajvoda Transilvanus, ac Comes Siculorum, committit Conventui B. M. V. de Kolos-Monöstra Inquisitionem perendam super enormibus actibus potentiariis in Terris, et Possessionibus Capituli Ecclesiae Alben. jussu, et commissione Joannis Pongratz de Dengelegh, pridem Vajvodae Transilvani per suos homines perpetratis. Fasc. 4. n. 22.

O

1490.

Oppidum Abrudbánya deponit Juramentum fidelitatis Capitulo Albenfi, tanquam Domino suo Terrestri, in hunc modum:

Nos Bartholomaeus Zeueh, *Judex*, nec non Georgius Cze- pel, Petrus Vajda, Ambrosius Literatus, Petrus Szabó, Gal- lus similiter Szabó, et Joannes Arannyáz, *jurati Cives Oppidi Capitularis Abrudbánya vocati*, item Paulus Kalmár, Leonardus Petrus Baiog, Paulus Ferentzi, Dominicus Gálfi, Joannes Soldos, Thomas Varga, Valentinus Fazakas, Andreas Den- gel, Joannes Mészáros, Matthaeus Tóth, Petrus Pataki, An- tonius Zethier, Matthaeus Pap, Demetrius Nagy, Paulus Csifzár, Gregorius Koronth, Joannes Tháifz, Nicolaus Maye, Benedictus Buzás, Valentinus Mészáros, Stephanus Varga, Balthasar Pister, Ladislaus Melda, et Valentinus Baló, in eodem Oppido Abrudbánya commorantes, in ipsorum, ac totius Com- munitatis Oppidi ejusdem personis constituti, ac totum ipsum Oppidum repraesentantes, ad universonum - - - notitiam - - - volumus pervenire, quod cum Venerab. et Egr. Domi. de Capitulo Eccl. Alben. Tran. Domini nostri naturaliter Gratiostissimi, pro quibus- dam nostris erroribus, rebellionibusque - - - per nos a dudum contra eos commissis - - - et praesertim ex eo, quod nos propter exactiones a nobis quarundam Taxarum, contra eosdem Dominos No- stros naturales saepius Regiae Majestati conquesti fuerimus, nec non ab eis, et eorum Ecclesia declinare, et Ditioni Majestatis Regiae nosmet subicere, et ipsum Oppidum per Literas Regias circa Castrum Hunyad occupari, et perpetuo adjungi fecere voluerimus, quodque eisdem Dominis - - - instar aliorum Iobbagionum eorundem, in exactionibus Taxarum Regiarum, saepius ipsis impositarum nostra subsi-  
dia

dia praestare, ac etiam persaepe vocati, ad eorum mandatum, ipso- rum in conspectum venire recusavimus, in quibus praemissis apud eos- dem Dominos Nostros - - - fuimus in gravem indignationem praenotati, volentes nos, nostrosque erratus condigna correctione emen- dare, jam pridem quatuor homines suos de ipsorum medio ad dictum Oppidum, nostri scilicet in medium, ad detinendum quosdam ex nobis - - - duxissent transmittendos, ut iidem quatuor Domini nostri assumpta eorum officia inter nos exercerent, licet quidam latrunculi mi- nus consulti nostri - - - Cohabitatores, armatis manibus in eos- dem Dominos nostros, ac eorum sequaces irruentes, unum ex iisdem Dominis nostris vulnerarunt, plures autem ex ipsis sequacibus gravibus vulneribus affecerunt, et quosdam miserabiliter interfecerunt, ea idcirco perissima ex causa, quod nos in defensione ipsorum Dominorum Ino- strorum - - - contra - - - tales malefactores, consurgere recusavimus, iidem Domini nostri eo magis suam gravissimam iram, et indignationem nobis, et toti nostrae communitati componerent. - - - scilicet gratias referimus Deo, ac deinde ipsis Donis nostris, cum tam magna extitit eorundem - - - clementia, qua corda eorum nostris sic laesa excessibus ad faciendam nobis gratiam studuit inducere, et - - - precibus - - - nostris exauditis, nobis, et dictae nostrae Communitati, cunctisque nostris gratiam, et misericordiam fe- cerunt specialem. I sa vero Communitas ad Sacrosancta Dei Evan- gela dexteris suis missis corporaliter tacta, juravit eidem Capitulo, et successoribus ejus perpetuam fidelitatem, et obedientiam, praeterea pro- misit in Taxam annuam centum florenos auri, et in extraordinarias taxationes, aliis etiam Iobbagionibus imponendas, concursum, et hoc sub poena perpetuae infidelitatis, et confiscationis omnium bonorum mo- bilium, et immobilium, coram Reverendiss. in Christo P et Domino Ladislaó Gereb D. C. Episcopo Transilvano, Honorabilibus item, Magistro Martino Piebano de Berthalem, nec non Egregius, Nobi-  
libus,



libus, et circumspectis: Thoma Althenberg, Magistro Canonico Civitatis Cibiniensis, Georgio Both de Santo - - - Magistris Thoma de Nyires, Michaël de Monte Regis, Brictio de Monostor. Nectar - - - Dat. Albae, feria - - - A. D. 1490 Fasc. 4. n. 7.

## 1493.

Conventus B. M. V. de Colos-Monostro Testimonium perhibet de eo, quod Honorabilis Magister Joannes de Szent-Márton Canonicus, et Decanus Eccl. Alben. Transil. in sua, ac Rndi in Christo P. D. Ladislai Gerb Episcopi, nec non modernorum (inquit) Praepositi, Archidiaconorumque et Canonorum dictae Eccl. Transilv. nominibus, et in personis, per modum Protestationis, et inhibitionis significare curaverit, quod prout idem D. Ladislaus Episcopus, ac praedicti Domini Praepositi, et Archidiaconi, nec non Canonici percepissent, superiori tempore quondam Gothardus Praepositus, et quidam Canonici dictae Ecclesiae suae propter nonnullas tribulationes, et vexationes, Capitulo, et Canonicis ejusdem Ecclesiae, nec non Populis, et Jobbagionibus ipsorum per quondam Dominum Magnificum Joannem Pongratz, tunc Vajvodam Transilvanum illatas, et irrogatas, quoddam Praedium dicti Capituli Tynod vocatum - - - simul cum cunctis suis utilitatibus - - - median-  
tibus quibusdam Literis - - - sine consensu, et voluntate nonnullorum Canonorum, et Archidiaconorum - - - tunc absentium, et etiam absque consensu Reverendi Episcopi, pro tunc eandem Ecclesiam suam regentis praefato quondam Domino Joanni Pongratz, suisque Haeredibus dare, ac donare coacti, et compulsi fuissent, et hoc gratis, absque aliqua re-  
fusione, pro Juribus, et libertate ejusdem Ecclesiae, per  
ipsum



ipsum quondam Joannem Pongrátz super inde facta, de quo in Jure Canonico cautum est: ne Jura, et Praedia, ac Possessiones Ecclesiarum, sine debita, et condigna recompensatione alienentur. Qua quidem Protestatione praehabita idem Magister Joannes in personis praefati R. D. Ladislai Episcopi, ac etiam praedictorum Dominorum Praepositi, Archidiaconorum, et Canonorum, in eadem Ecclesia nunc existentium - - - praefatae indebitae - - - alienationi dicti Praedii Tynod, dictum quondam Gothardum Praepositum, et alios Canonicos, praefatum etiam quondam Dominum Joannem Pongrátz, Haeredesque suos, et alios quoslibet ab occupatione, detentione, utensioneque, et fruitione, seque in Dominium ejusdem intromissione, ac idem sibi ipsis statutione, et perpetuatione, usum, fructuum, et quarumlibet utilitatum ejusdem Praedii perceptione seu percipi factione, quomodolibet factis, vel - - - et contradixit inhibendo - - - coram iisdem - - - A. D. 1493.

Hoc idem Instrumentum, pag. eadem, idem Conventus transmittit ad Requisitionem Venerab. Magistrorum Francisci Praepositi, et Joannis de Nyres, Canonici Eccl. Alben. Trans. A. D. 1520. Fasc. 7. n. 22.

## 1496.

BARTHOLOMEUS DRAGFFI de Belthek, Vajvoda Transilvanus, et Comes Siculorum, Nobilem Dominam Elizabeth, Consortem Pauli de Indal, Filiam quondam Georgii de Tathé, ac Bernaldum Filium, et Dominam Annam, et Catharinam, Filias ejusdem Dominae Elizabeth; item Franciscum Filium, ac Catharinam Relictam, nec non Affram, Catharinam, et Margaret-  
ham,



häm, Filias quondam Nicolai junioris de Vizakna, ac circum-  
spectos Judicem, et Juratos Gives, nec non totam Communi-  
tatem Civitatis Szász-Sebes, super facto contradictionis, statu-  
tionis, totalium Portionum Possessionariarum Generosae Domi-  
minae Magdalenae, Relictae quondam Sebastiani Ország de Guth,  
Filiae videlicet Egregii quondam Nicolai junioris de Vizakna,  
in Possessionibus Hideg-viz, Mihályfalva, Veszszöd, Ujfalú, Al-  
só Bolya, Felső Bolya, Indagal, Sálko, Sárdorff, Longodár, Styno,  
Ladomos, Farkastelke, Kis-Sebel, Tháté, et Ozd, in Albensi, nec  
non Jüvedits, et Balastelke in de Küküllő Comitatus habit.  
per non venientiam convincit in favorem Capituli Eccl. Alb.  
Transil. A. D. 1496. Fasc. 4. n. 9.

Est apud manum meam antographus Elenchus divisionis  
proventuum Capitularium hoc anno conscriptus ac vetustate  
multa in parte attitus, quem in scrinio cujusdam viri Nobilis  
Helveticae Confessionis dum litteralia illius instrumenta con-  
scriberentur exentun, complures ante annos Generosus  
Joannes Simon ejusdem confessionis de Bibarczfalva, celebris  
sua aetate causarum in Transilvania Advocatus, dono mihi de-  
derat, in titulos divisus, in quo haec habentur:

1. Super decimis Sedis S - - - 1496 FERIA sexta ante Fe-  
stum - - - - - divisio decimarum in Sede - - - - Praepo-  
situs et Decanus non habent port - - - Cantor - - - - Cu-  
stos et Rector Scholae, hoc modo facta est inter Dominos - - - -

2. - - - - - isio decimarum in possessionibus - - - - - mino-  
rum facta est eodem die - - - - - iuter Dominos per hunc modum:

3. Super censu S. Georgii - - - - - 1496. feria sexta pro-  
xima ante Festum Barnabae Dominus Andreas Decanus, ex censu  
S. Georgii praesentavit Dominis de Capitulo flor. LVIII. in qui-  
bus Dominus Praepositus habet etiam Cantor Custos Decanus,  
et



et Scholasticus habent portiones, ex quibus Domino Praeposito ces-  
serunt flor. XIX, den, 17. Domino Mattheo de Rákos pro ex-  
pensis ex Torda factis solutus restans florenus unus, de parte - - -  
- - - item Domino Matthaeo Rákotzi unus, de parte - - -  
Martino Capellano flor. 2. item ratione. - - - -

4. Anno Domini 1496 depof - - - - - cessum capitulare de-  
cretum - - - - - Festi Beatae Margarethae - - - - - deci-  
mas majores quatuor et - - - - - flor, obtineant - - - - - de-  
ponant - - - - - hujusmodi decreta.

5. Super censu S. Georgii. In Anno Domini 1496. feria  
quinta proxima ante Festum Depositionis S. Ladislai Regis Michael  
Lavor Judex Oppidi Enyediensis de censu S. Georgii Oppidi ejus-  
dem praesentavit Dominis de Capitulo flor. LXVIII. in quibus Do-  
minus Praepositus habet tertiam portionem, Cantor, Custos, Decanus,  
Scholasticus habent portiones, residuos autem dividerunt inter se per  
singulos duos florenos. Notandum autem, quod Dominus Custos in  
Enyed cuidam Joanni Moll debet flor. 10. - - - - - similiter Do-  
minus Matthias Krakay Valentino Madno ibidem debet flor. 1. et  
his computatis super - - - - - praenotatos est integre completa - -  
- - - his Dominis suae portiones, hic tamen - - - - - medii,  
et unius flor.

6. 1496. FERIA sexta post Laurentii, decimae - - - - -  
inter RR. venditae Junct - - - - - Comitatus RR et pro flor.  
quingenta quinque proque medietate - - - - - solvere ad Festum  
Sanctorum - - - - - ad Festum - - - - -

7. Super pretia decimarum Comitatus Hunyadiensis 1496 aren-  
datae fuerant decimae Comitatus Hunyadiensis Domino Vajvodae  
Transilvaniae pro flor. II Cüm (vel ducentis) quam summam in - - -  
tantummodo duorum florenorum et sexaginta trium denariorum, secun-  
do die



do die Festi Assumptionis Beatae Mariae Anni praedicti Dominis de Capitulo praesentarunt, in quibus quidem pecuniis Dominus Praepositus non habet portionem, neque pro sua parte habet - - - - - portionarias curae expensas, Cantor tamen - - - - - Custos et Rector Scholae habent portiones - - - - - Decanus non - - - - - inter se per singulos septem florenos - - - - -

8. Super decimis succultellorum vel faccaltellorum (quid hae voces indicent, aegre discernas) de Kisd. 1496. Feria quarta proxima post Festum Assumptionis Virginis Mariae Dominus Joannes Succentor de decimis subcultellorum (fortassis agnellorum) - - - - - Kisdi praesentavit Dominis de Capitulo flor. XXV. in quibus Praepositus, et Decanus non habent portiones, Cantor autem, et Custos, et Rector Scholae habent portiones, quam summam Domini diviserunt ad personas infrascriptas in singulos nonaginta denarios.

9. Super divisione vinorum decimalium in Possessionibus Dominorum. In Anno Domini 1496. feria sexta proxima post Festum Exaltationis Sanctae Crucis divisio vinorum decimalium in possessionibus Dominorum Dominis eisdem provenientium, in quibus Dominus Praepositus habet tertiam. Cantor, Custos, Decanus, et Scholasticus habent portiones demptis duntaxat utraque Enyed, et Orbo, in quibus Dominus Praepositus habet quintam, et Buzd, ubi nullam habet portionem, facta est isto modo:

10. Item eodem die divisio munerum (forte munerum per Decimatos Colonos gratuito conferri solitorum) in possessionibus Dominorum in quibus Dominus Praepositus, nec non Cantor Custos, Decanus, et Scholasticus non habent portiones, sed nec illi, qui nondum in sacris sunt constituti (fuerint igitur id temporis in Capitulo Canonici etiam nondum sacris ordinibus initiati) facta est isto modo:

11. Divisio Apum in possessionibus - - - - - debent tamen

tamen divisionem Dominorum - - - - - est die in eadem in quibus Praepositus - - - - - Custos, Decanus, et Scholasticus habent portiones.

12. Super argento Michaelis 1496. In Festo S. Michaelis Archangeli de Sede Megyes praesentati sunt Dominis de Capitulo Marcae argenti XII. cum additione sex lotonum, in quibus Dominus Praepositus, Cantor, Custos, Decanus, et Scholasticus non habent portiones, quas Domini diviserunt inter se per singulas marcas medias.

13. Super argento S. Martini, in Anno Domini 1496. octavo die S. Martini de Capitulo Sedis Sebes praesentati sunt Dominis de Capitulo marcae argenti XII. cum additione sex lotonum in quibus Praepositus, Cantor, Custos, Decanus, et Rector Scholae non habent portiones, quas Domini diviserunt inter se per singulas medias Marcas.

14. Item in Anno Domini 1496 secundo die Michaelis Archangeli Domini de Capitulo in sallarium quondam Doctoris Petri ejusdem Uxori dederunt flor. X.

15. Super divisione decimarum - - - - - 1496. feria sexta octavarum - - - - - Festi S. Martini divisio decimarum majorum aproportionalium inter - - - - - habitarum. in quibus Praepositus, Cantor - - - - - Custos habent portiones, Decanus - - - - - et Rector Scholae nullam habent portionem, - - - - - est per Dominos Capitulares modo inferius - - - - -

16. Super quinquagesimis. 1496. Feria quinta proxima post Festum Beati - - - - - Apostoli, Dominus Decanus de pecuniis quinquagesimalibus praesentavit Dominis de Capitulo flor. XXXIII. ac denarios XXXXI. in quibus Praepositus habet portionem, Cantor, Custos, Decanus, et Scholasticus habent portiones, cesserunt itaque ad partem Praepositi flor. VII. minus denariis XII. residuas autem pecunias Domini diviserunt inter se per singul.

17. Super censu S. Martini. 1496. die in eodem, idem Dominus




nus Decanus, de censu S. Martini, e possessionibus praesentavit Dominis flor. XXX. et denarios XI. in quibus Dominus Praepositus habet tertiam, Cantor, Custos, Decanus, et Scholasticus habent portiones, venerunt itaque ex his Domino Praeposito flor. XI. et denarii XI. VI. residuas autem Domini dividerunt inter se per singulos florenos - - - simul scilicet tam de quinquagesimalibus - - - censu isto S. Martini - - - pecunias in dividendo simul - - - personae autem Dominorum immediate superius sunt conscriptae,  
18. Diviso Capreolorum eodem Anno,

19. Super censu Conceptionis, 1496. feria tertia in Festo Beati Nicolai Episcopi, Plebani Decanus Selis Sebes, praesentarunt Dominis de Capitulo marcas argenti XLVIII. ponderis terrestris, et has quidem marcas non in argento, sed in florenis puri auri puta: pro qualibet marca singulos quattuor et medium florenos in quibus Dominus Praepositus non habet portionem, sed Cantor Custos, et Scholasticus habent portiones, et licet Plebanus de Moritz deberet deponere pro quattuor marcis censualibus flor. XXII. tamen quia illinc Plebanus ille discessit, ideo praesens census deficit in eisdem flor. XXII. Dividerunt autem Domini pecunias praesentatas per singulos octo florenos.

20. Super censu S. Martini 1496. In vigilia S. Thomae - - - Decanus de Censu S. Martini praesentavit Dominis flor. XXXVI. in quibus Dominus Praepositus habet tertiam, Cantor, et Custos nec non Scholasticus portiones, et Dominus Praepositus pro sua tertia habet flor. XII. et Domini reliquos dividerunt ad partes infra scriptas.

21. Super censu S. Martini in Anno Domini - - - nonagesimo sexto, feria sexta - - - Oppidi Enyediensis praesentarunt Dominis - - - Capitulo censum S. Martini puta, flor. LXXX - - in quibus Dominus Praepositus habet tertiam, Cantor,



zor, Custos - - et Decanus habent portiones, de quibus Dominus, Praepositus pro sua tertia habet flor. XXVIII. et quilibet Dominorum habet flor. II. adhuc restabunt flor. XII. quos Domini - - - pro suo salario diff - - - et addiderunt sibi flor. 4. pro integritate solution.

22. Super divisione parvarum decimarum optionalium inter - - - 1497. feria secunda post Circumcisionem - - - decimarum praedictarum facta est isto modo: Item - - - pro sua tertia habet possessiones - - - Vikallya, utramque Kend, ac Bala - - - Bernard, Szentmartom, Szilös utraque Theremi - - - besfalva, alii autem possessiones - - - mos modo scripto. Et hic desinit vetus istud instrumentum.

Porro sub primo illius titulo recensentur ultra Praepositum, et Decanum, nomina, et cognomina partinpartium Canonico- rumque ac proventum participantium serie sequenti:

Item M. (Magister.) Magistri scilicet scripti omnes, qui post dignitates, Praepositum videlicet, Cantorem, Custodem, Decanum erant) Simon de Cibinio habet Pyen. (hodie villae Szász, et Oláh Pien - vel Pian) Item M. Bartholomaeus habet Lankrek (hodie Lámkerék) Item M. Joannes de Lazó. habet Lankrek. Item M. Matthaeus Rákosi habet Pyen. Item M. Benedictus Dééfi habet - - - Item M. Paulus de Heltha habet Pyen. Item M. Adreas de Enyedino habet Pyen. Item Dominus Custos habet Lankrek. Item M. Matthaeus de Varadgyó habet Pyen. Item M. Michael Cseryny, habet - - - Item M. Michael Szánthó habet - - - Item M. Jacobus de Vienna habet - - - Item M. Martinus de Sándorháza habet - - - Item M. Josephus de Varadgyó habet Pyen. Item Dominus Cantor habet - - - Item M. Joannes de Szent Marton habet Py - - - Item M. Mathias de

Karko (alibi Krakay) habet Py . . . Item M. Ladislaus de Zilah (hodie Zilay) utrumque Kenyer cum Balamér. Item M. Nicolaus de Szentanna habet Línkrek. Item M. Joannes de Megerethe habet Fejéregyháza . . . Item M. Josephus de Cibinio habet in sequestro utrumque Kenyer cum Balamér apud . . . Andream, et Paulum Canonicos. Item M. Petrus de Zathmár habet in Váradgyó (hodie felső, et Alsó Váradgya) Kenyer cum Balamér. Item M. Jacobus de Kolosvár, habet utrumque Keoyér cum Balamér. Item M. Michaël de Keresztur habet . . . Kenyer cum Balamér. Item M. Matthias de Illyésháza . . . utrumque Kenyer cum Balam . . . Item M. Emericus de Berekszácz habet . . . Kenyer cum Balamér. Item Rector choriae habet malum prandium . . . (fuerit alicujus Villae nomen)

Hoc proinde loco una cum Praeposito Cantore, Custode, Decano, et Rectore Scholae recensentur Canonicae personae numero. 29.

Sub Titulo vero 20. enumerantur, ex iisdem 28. sub 3. 29. sub 40. ob magnopere attritas, et obliteratas voces non plures legibiles quam 14. quos inter antea non nominati sunt: *Mathias Kerekesti*, et *Jacobus Doctor* sub 5. numerantur 25. inter quos nondum memoratus est *Joannes de Oloczva*. Sub 60. nulli, Sub 70. referuntur ex iisdem 29 sub 80. cum uno succentore non nominato 30. sub 90. ubi Vini Decimatores constituantur hac serie:

Item in utraque Enyed, et Orbo Decimator erit M. Paulus de Helttha, et habebit pro salario unius Vini XXXII.

Item in Dalla (hodie Dállya) et Kisfalud Decimator erit M. Benedictus de Déés, et habebit etc. ut supra.

Item

Item in Borband, et Butsárd Decimator erit M. succentor, et habebit etc. uti supra.

Item in Buzl, et utraque Csergeg erit Decimator M. Simon de Cibinio, et habebit. etc.

Item in Enyedino quilibet Dominorum habebit singula duo sexagenaria in reliquis autem (quae ibidem enumerantur) possessionibus, singuli singulum habebunt sexagenarium; sub hoc inquam titulo 90. continentur numero 29. sub 10. referuntur 20. et inter eos nondum recensitus *Ladislaus de Mriszlo*. Sub 110. legibiles 27. inter quos non dumnominatus *Musnay*. Sub 120. 29. sub 130. 29. sub 140. legibiles 19. sub 150. legibiles 29. inter eos autem quidam *subcustos*, et *M. N. de N.* sub 160. nulli adferuntur. sub 170. numerantur 15. sub 180. cum *subcustode* non nominato. et alio cognominis *Ugotsay* referuntur 30. sub 200. cum quodam *Tordensi*, et *Thasnadiensis* non nominatis 33. sub 21. nulli recensentur.

## 1498.


ULADISLAUS D. G. Rex Hungariae etc. Univerfis et singulis Partium Transilvanarum committit, et mandat, ut universas Decimas, e medio ipsorum debitas, Honorabilibus Canonicis de Capitulo Eccl. Transilvaniae effective persolvant. Datum Budae: in Festo . . . A. D. 1498. Fasc. 4. n. 40.

Eodem Anno Uladislaus Rex Hungariae confert Capitulo eidem ex Fodina Tordensi valoris 100 florenorum salem, serie sequenti:

ULADISLAUS D. G. Rex Hungariae etc. Memoriae commendamus . . . Quod Fidelis Noster Venerabilis, et Egregius Magister Joannes de Megyer Canonicus Eccl. Transilvaniae Majestatis Nostrae veniens in praesentiam, in sua, ac . . . Canonico-



rum de Capitulo ejusdem Eccl. Sociorum scilicet et Canonorum suorum personis Maieſtati Noſtrae exponit hunc in modum: Qualiter Comites et Camerarii Camerarum ſalium noſtrorum Tranſilvan. ipſorum officiales ſingulis annis, per caeſores lignorum, robora (tölgy-ta) et ligna in ſilvis ipſorum capitularium, ſine aliqua recompensa ſuccidi facerent, atque de hujusmodi lignis ſuccifis naves, et carinas, pro deſerendis, uittendisque ſalibus noſtris Regalibus, de novo facere vel veteres reſicere conſueviſſent, ad mandata denique noſtra nullam proviſionem per nos eiſdem ſuperinde dari deputatam eiſdem Capitularibus ſolvere voluiſſent, per hocque ipſos - - - non mediocriter damnificaffent. - - - Nos igitur, qui ex ſuſcepti Regiminis Noſtri officio inter alias curas Noſtras ad hoc ſpecialiter intendere debemus, ne Bona Eccleſiarum, quibus eadem pro ſuſtentione, atque neceſſariis uſibus - - - Deo ſamulantes per praedeceſſores Noſtros Reges dotatae exiſtunt, annihilentur. Accepta igitur, et admiſſa ſupplicatione dicti Magiſtri Joannis - - - eiſdem Capitulo Eccleſiae Tranſil. conſequenter Cononicis ejusdem - - - cum in recompensam lignorum, ac roborum, in ſilvis eorundem jam caeſorum, et in futurum caedi debendorum, Cum vero pro honore Dei, ac Sanctiſs. Genitricis ejus ſemper V. M. nec non B. Michael. Arch. Principis Militiae Coeleſtis - - - ſales in valore centum florenorum auri ex Camera de Torda per Comites, et Camerarios Camerarum Noſtrarum ſingulis annis in perpetuum dandos duximus, ac deputandos - - - Quocirca Vobis Fidelibus Noſtris, Venerabili Sigismundo Praepoſito de Leleſz moderno Theſaurario, futurisque Theſaurariis Noſtris, nec non Egregiis Joanni de Tharcza, et Nicolao Prol de Cibinio, Comitibus, et Camerariis Camerarum ſalium Noſtrorum Tranſilvan. ipſorumque Factoribus, et Officialibus - - - ſerie praefentium ſtrictiſſime mandamus, quatenus in antea (uſurpabantur illo tempore hae voces loco: impoſterum) praefcriptos ſales



ſales in valore 100 florenorum auri praefato Capitulo, et conſequenter Canonice dictae Eccl. - - - ſingulis annis - - - plene, et integre - - - Noſtram ad rationem dare debeatis - - - Quod ſi ipſi Theſaurarii Noſtri - - - vel alii Theſaurarii ſalutarem deputacionem Noſtram infregerint, vel ſales in ſumma deputata eiſdem Capitularibus - - - dare recuſaverint - - - entia (ſupple: ipſorum conſcientia) oneratur, talesque in extremo, et diſtricto Juſti Julicis examine, de - - - Sacrilegio, coram Deo, et Sanctis ejus rationem reddere ſint obligati. Datum Budae, in Feſto - - - A. D. 1498. Faſc. 6. n. 1.

1499.

Idem Capitulum teſtatur de eo: quod cum pridem affixis in Foribus Eccleſiae eorundem quibusdam Litteris Monitoriis Honorabilis Magiſtri Pauli Chori ejusdem Eccleſiae Succentoris, delegati, et Egregii Domini Matthaei de Baczon Doctoris, Altaris B. Laurentii Martyris in dicta Eccleſia fundati Rectoris ſubdelegati Sanct. Apoſt. Sed nec non ibidem ex oppoſito certis aliis Literis Citator. Venerab. D. Jacobi de Kolosvár, artium ſimiliter Doctoris Vicarii dictae Eccleſiae ipſorum in Spiritualibus Generalis - - - quibus idem praefatos Magiſtrum Paulum Succentorem, et Dominum Matthaeum Doctorem citaverat ad Urbem, et audiendum contra eos procedi de officio. Deinde inter eoſdem Dominos Matthaeum Doctorem ab una, et Jacobum ſimiliter Doctorem Vicarium, Venerabilemque Dominum Michaelem Archidiaconum Hunyadienfem, Concanonicos Fratres Noſtros partibus ab altera, ratione praeeactarum Literarum monitoriarum, coram Nobis quaedam concertatio ſuborta, et facta exſtitiffet, tandem licet praefatos



fatus Dominus *Matthaeus Doctor* per Nos sibi superinde Literas Testimoniales dari petierit, tamen quia praelibatus Dom. Jacobus Doctor Decanus antecederet ordinando Nos inhibuit, ne intra felicem adventum Venerab. Dom. Nost. Praelati huc Albam fiendum, super hujusmodi concertatione, et contentione Literas Nostras Testimoniales praefato Dom. Matthaeo Doctori dare deberemus, tum quia praefatus Dom. Michael Archidiaconus et Concanonicus Noster Nobis triplicata vice contradixit, ne juxta supradicti Dom. Matthaei Doctoris, per eum pro sua voluntate super serie hujusmodi concertationis factae, et coram Nobis patratae Literas Nostras dare vellemus. Ideo Nos non super serie factae concertationis, et contentionis hujusmodi, sed duntaxat super inhibitione, et contradictione praenotata praesentes Literas Nostras . . . . eidem Dom. Matthaeo Doctori duximus concedendas. Datum Sabbatho . . . . A. D. 1499. Fasc. 3. n. 30.

## I 5 0 0.

ULADISLAUS Rex novo mandat edicto *Universis Schismaticis, seu Valachis, ubiuis in Terris Christianorum in Partibus Transilvanis commorantibus*, ut Decimas frugum, Bladorum, et aliarum rerum decimari solitarum, ex illis scilicet Terris, et Vineis, quae prius a Christianis cultae sunt, et quas nunc illi colerent, et inhabitarent: (discernere illos videtur Rex a Christianis, nisi per hos intelligat Romano-Catholicos) Honorabili Capitulo Eccles. Alb. Transpraestare debeant per omnia sua gravamina, committens Fidei suo Spectabili, ac Magnifico Petro Comiti de Bozin, et S. Georgio Vajvodae, eosdem ad id ipsum praestandum compelli. Dat. Budae . . . . A. D. 1500. Fasc. 1. n. 5.

Eodem.